

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Ioannis Andrae Hoffmanni Ivris Vtrivsque Doctoris In  
Academia Ienensi Collectio Selectorvm Opvscvlvm De  
Vnionibvs Electorvm S.R.I.**


**Hofmann, Johann Andreas**

**Ienae, MDCCLII**

**VD18 12896357**

Christ. Wildvogelii De Vnione Electorali.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18247**



CONSPECTVS DISSERTATIONIS  
CHRIST. WILDVOGELII  
DE  
VNIONE ELECTORALI.

CAPVT I.

DE VNIONIS ELECTORALIS DEFINITIONE NOMINALI ET REALI.

- §. I. *Propositum declaratur.*  
§. II. *Vnionis etymologia & varii significatus.*  
§. III. *Alia est vox vnionis Graecis, & alia Romanis.*  
§. IV. *Deriuatio vocis electoralis.*  
§. V. *Electores constituunt collegium.*  
§. VI. *Definitio vnionis electoralis.*  
§. VII. *Dispositio totius negotii.*

CAPVT II.

DE VNIONIS ELECTORALIS CAUSA EFFICIENTE.

- §. I. *Causa remota & proxima electorum.*  
§. II. *Vnde origo eorum trahenda, & scriptores huius materiae.*  
§. III. *COCCEII opinio de origine archi-officiorum enarratur.*  
§. IV. *Eorum praerogatiuae & iura in primis foederum &c.*  
§. V. *Vtrum iuxta A. B. dispositionem hodie nouem electores admittendi, an solummodo septem ad vniones electorales?*  
§. VI. *Cur Bohemiae rex ab hac vnione exclusus?*  
§. VII. *An exclusio Bohemorum a conuentibus & vnione electorali priuilegio cuidam tribuenda sit.*

§. VIII. *Cur regem Bohemiae imperator ad conuentus vocare noluert?*

§. IX. *An praeter electoram consensum imperatoris quoque auctoritas & confirmatio ad constituendam vnionem concurrere debeat?*

§. X. *De tempore quando vniones electorales initium suum sumserint?*

CAPVT III.

DE OBIECTO ET FORMA VNIONIS ELECTORALIS.

- §. I. *Contenta vnionis electoralis & quotuplex haec sit?*  
§. II. *Ex quo constet illa.*  
§. III. *Primo periodo summaria eiusdem conuentionis enarrantur.*  
§. IV. *Variae denominationes vnionum electoralium, Churfürstentage, Collegial-Tage &c.*  
§. V. *Hodie ius conuentus celebrandi electoribus speciali pacto ab imperatoribus confirmatum est.*  
§. VI. *Vtrum isti conuentus electorales in seculo imperatore institui possint, disquiritur?*  
§. VII. *Negotia, de quibus in conuentibus illis electoralibus consultandum, perpenduntur.*  
§. VIII. *De praeceminentia & dignitate huius collegii agitur.*  
§. IX. *Successio in electoralibus tam*





- saecularibus quam ecclesiasticis quomodo sit.
- §. X. Successores in electoribus an teneantur ad seruanda pacta antecessorum?
- §. XI. Concernunt electorum uniones vel ipsos compaciscentes, vel statum imperii publicum &c.
- §. XII. Iustitiae fundamentum quale.
- §. XIII. Quomodo perfidiae praecauendum!
- §. XIV. Qua ratione dissidiorum occasio praescindenda.
- §. XV. Cur iudicia & magistratus constituti?
- §. XVI. Quotuplices austregae?
- §. XVII. Austregale iudicium, conuentionale, statutarium, unionis pacto corroborare voluerunt electores.
- §. XVIII. Electoribus legales austregae non placent.
- §. XIX. Quid de actionibus Von Spänewegen sentiendum?
- §. XX. In componendis litibus iudicis officio incumbit, amicabilem compositionem partibus persuadere, quod & electores obseruandum conuenerunt.
- §. XXI. An ipsorum litigantium praesentia in iudiciis sit necessaria?
- §. XXII. Annon expediat principibus, si ad compositionem amicam ipsimet personaliter compareant & concordiam cum parte aduersa tractent?
- §. XXIII. Vtrum electorum consilarii munere audiendi partium allegationes & concordiam tenendi perfungi valeant?
- §. XXIV. Amica compositionis via arrisite quoque electoribus, anrequam processus legalis instituat.
- §. XXV. Quomodo sententia a iudice, ut & austregis electorum sit ferenda.
- §. XXVI. Electores ut magistratus Romanorum quondam suos habuere assessores, seu consiliarios, ita etiam tales habent.
- §. XXVII. Quid intelligatur per consiliarios electorum, tam doctos quam indoctos.
- §. XXVIII. Quomodo suffragia valeant & dentur in comitiis imperii?
- §. XXIX. Ex suffragiis sententia concipitur, & partibus litigantibus publicatur.
- §. XXX. Effectus huius sententiae siue laudi arbitrorum.
- §. XXXI. Causae electorum publicae, terras, prouincias, &c. concernunt.
- §. XXXII. De modis pristinis ius suum prosequendi in Germania & de prohibitis dissidationibus.
- §. XXXIII. Cur electores sibi prospexerint per pacta contra illas, & fractionem pacis publicae.
- §. XXXIV. Remedia electoribus competentia aduersus temeratores legum atque alienorum bonorum inuasores.
- §. XXXV. An clericis, episcopis, praelatis in imperio, illa remedia quoque competant?
- §. XXXVI. De quibus causis electores cognoscant?
- §. XXXVII. Haereseos, apostasiae &c. in imperio, an ad eos pertineat cognitio.
- §. XXXVIII.





- §. XXXVIII. *Quinam haeretici dicendi?*
- §. XXXIX. *Differentia inter schismaticum & haeticum constituitur.*
- §. XL. *De seditiosis & rebellibus agitur, & qui ad eos referantur, perpenditur.*
- §. XLI. *Formula electorum usitata, si electores haeresum, & schismaticum &c. in imperio exoriendorum mentionem faciunt.*
- §. XLII. *Cui competat potestas conuocandi collegii electoralis membra.*
- §. XLIII. *An sede Moguntina vacante capitulum hoc iure conuocandi uti queat?*
- §. XLIV. *Locus, ubi uniones electorales fieri solent, num certus?*
- §. XLV. *De causis saecularibus publicis disponunt electores.*
- §. XLVI. *Recensentur eae causae.*
- §. XLVII. *Praesertim ius eligendi conseruare unanimiter student.*
- §. XLVIII. *Praecipua iura & praerogatiuae electoris Palatini & Saxonici.*
- §. XLIX. *Vicariorum imperii conseruationem in se susceperunt electores.*
- §. L. *De obseruantia electorum & differentia inter hanc & consuetudinem.*
- §. LI. *Imperatoris Romano-Germanici restricta maiestas.*
- §. LII. *Nouitates grauitantes & indebita seruitia in imperio abolere student.*
- §. LIII. *His causis & negotiis in deliberationem deductis, quara-*
- tionem in illorum discussione procedendum sit.*
- §. LIV. *An electores semper personaliter praesentes esse debeant?*
- §. LV. *Quomodo mandatarii eorum admittantur.*
- §. LVI. *De clausula: mit Vorbehalt aller rechtlichen Nothdurfft und Wohlthar, quid sentiendum.*
- §. LVII. *Quid faciant electores in conuentibus ab imperatore seu rege Romanorum conuocati?*
- §. LVIII. *De capitulationibus imperatorum &c. agitur, & quando oriae.*
- §. LIX. *Electores curant, ne quid detrahatur imperio &c.*
- §. LX. *Alienatio earum rerum, quae ad imperium pertinent, imperatoribus est prohibita.*
- §. LXI. *Electorum consensus praes aliis statibus imperii ad eam requiritur.*
- §. LXII. *De conseruatione iurium electoralium disponitur.*
- §. LXIII. *De modo coercendi temeratores pacis publicae, deque vi armata & inimica reprimenda.*
- §. LXIV. *De conductu, von Gleiten, inquiritur, an ad superioritatem territor. referri possit.*
- §. LXV. *Extenditur amica haec consoederatio & mutui auxilii promissio contra eos, qui odio unionis huius fraternae aliquid iniqui contra electores machinantur.*
- §. LXVI. *Quomodo electores sibi pro insidiis & odiis prospexerunt.*
- §. LXVII. *Quid per equites intelligendum!*





- §. LXVIII. Quid faciendum cum defuncti electoris successore?
- §. LXIX. An successores electorum ad accedendam unionem obligati.
- §. LXX. Quando successor obligetur ad accedendam consociationem?
- §. LXXI. An sola nominis subscriptio electoris sufficiat in accessione ad illam consociationem.
- §. LXXII. Solemnitas in iuramento a nouo electore, collegio elect. accedendo, adhibenda.
- §. LXXIII. Dispositio de executione eorum, quae in hac unione comprehenduntur, nec non de ulteriore pro salute reipubl. consultatione.
- §. LXXIV. Electores ab aureae bullae sanctione contrario pacto vel consuetudine recesserunt.
- §. LXXV. Quando mandatarius electoris in electorum conuentibus admittendus?
- §. LXXVI. Reuerentia pontifici & imperatori Romano debita semper ab electoribus conseruari debet.
- §. LXXVII. Electores contra maiestatem & iura imperatoris nihil suscipere possunt.
- §. LXXVIII. De papae eiusque nominis praecedentia prae imperatore &c.
- §. LXXIX. Finalis totius transactionis clausula.
- §. LXXX. Modus I. confirmandi & communiendi sanctiones electo-

- rales: mit Hand gegebenen Treuen.
- §. LXXXI. Alter modus: bey Churfürstlichen Würden und Ehren.
- §. LXXXII. Tertius: solenne iuramentum & quidem zu den Heiligen, & quartus renunciatio omnium beneficiorum &c.
- §. LXXXIII. Sigillorum appensio adiicitur.
- §. LXXXIV. Datum quoque exprimitur.

CAPVT IV.

DE PARTICVLARI VNIONE ELECTORALI RHENENSI.

- §. I. Vnicane unio, Wormaticensis nempe extet?
- §. II. Constituentes unionis Rhenensis denominantur.
- §. III. Occasio huius unionis inter regnum istius temporis fuit.

CAPVT V.

DE FINE ET EFFECTV VNIONIS ELECTORALIS.

- §. I. Electorum finis est salus totius imperii.
- §. II. Effectus huius assertionis ostenditur.
- §. III. Num electores Augustanae confessioni addicti salua conscientia huic unionis pacto, in quo pontifex Rom. sanctissimus pater honoratur &c. subscribere possint?

EXA 3 1659







I. N. I.

CAPVT I.

DE

VNIONIS ELECTORALIS DEFINITIONE NOMINALI ET REALI.

§. I.

**D**E vnione electorali disserturis haud equidem propositum est, circa verborum corticem diu haerere: cum tamen logices praecepta, quae dissertationem academicam conscripturi obseruare solent, nominis euolutionem operi praemittere postulent & in omni negotio verborum prima ratio haberi debeat, pauca quaedam circa haec ipsa praefari & notari licebit.

§. II.

Quod igitur VNIONIS vocabulum attinet, illud ab *uno* deriuari nemo facile negabit; quod idem

A

tamen



tamen & nonnunquam principium numeri denotat, pro *solo* accipitur, vt quando TERENTIUS in *Adelphi* actu I. scen. II. ait: *Illum curo vnum*, i. e. solum. Atque in hoc significatu verbum istud ad conchae maritimae partum traxerunt Romani, quem Graeci *μαργαρίτην*, nostrates *eine Perl* dicere consueuerunt, ex hac, vt videtur, ratione, quod nunquam, nisi vnica margarita discreta in qualibet concha reperitur. ISIDOR. *lib. 16. Etymol. cap. 10.* BRISSON. in *Lex. Iur. verb. Vnio.* Quamuis vero margaritarum frequens in iure nostro fiat mentio, *L. 19. §. 18. de aur. & arg. leg. l. 25. §. 11. eod. l. 27. §. 30. ad l. Aquil.* item in *l. 17. §. 1. de praescr. verb.* vbi margarita in plurali numero legitur. Vnionis tamen etiam vox occurrit in *l. 6. ff. de aur. & arg. leg.* vbi Marcellus casum proponit, quo Seia ab herede Publico Meuio ita legauerat: Antoniae Tertullae do, lego *vnionem* cum hyacinthis, & cum postea testatrix vnionem soluisset, neque vllum mortis tempore intra ornamenta sua vnionem reliquisset, quaerit: an heres ex causa fideicommissi aestimationem rei, quae in hereditate non est, praestare debeat? insimulque non debere, respondet, idemque iuris esse *§. 1. d. l.* scribit, si probari possit, Seiam vniones & hyacinthos quosdam in aliam speciem ornamenti conuertisse.

### §. III.

Alio tamen sensu vox *vnionis* ab auctoribus latinis accipitur, vt nim. idem sit, ac *concordia*, *consensus*, Graecis *ἔνωσις* dicta. Illud saltem discriminis inter haec duo vocabula notandum, quod vnionis vox in priori significatu accepta, masculini sit generis, vt



vti grammatici loquuntur, in posteriori vero feminini, vid. *d. l. 6. pr. de aur. argent. leg.*

## §. IV.

ELECTORALIS porro verbi natales longinquo petere haud opus erit, cum cuilibet constet, ab ELECTOR illud oriri, atque hoc ab *eligo*, quod idem est, ac e pluribus rebus vnam lego, siue secerno. Hoc quippe iuris tributum est nonnullis imperii sacri Romano-Germanici principibus, vt post mortem imperatoris praeficiendum soli eligant, illique administrationem eius committant, vid. *A. B. cap. 2. §. 1. 2. seq.*

## §. V.

Etsi vero ELECTORES isti in se, & separatim spectati singulares existant, & quilibet non, nisi vnicam repraesentet personam, in collegium tamen, quotiescunque officii hoc exposcit ratio, congregari, & vniri solent, vt sic corpus aliquod mysticum constituent. Nam & extra illud electionis, illorumue, quae isti adhaerent, negotium, communis utilitatis gratia eos conuenire, & in vnum quasi coire, nec non certa pacta inter se concedere posse, ex iure publico discimus. Idque cum iam factum, & conuentio quaedam inter illos sit inita, nomen hinc *Vnionis Electoralis*, vulgo *der Churfürsten Verein*, prodiit, de qua in praesenti, quantum quidem ingenii vires permittunt, differere animum induximus.

## §. VI.

Definiri autem poterit haec *Vnio Electoralis*, quod sit *conuentio inter S. R. I. electores de negotiis quibusdam publicis,*





*publicis, tum totius imperii utilitatem, tum ipsorum quoque electorum auctoritatem concernentibus, unanimes consensu inita.*

## §. VII.

Totum hoc negotium rectius intelligetur, si primum causam istius efficientem, deinde materialem & formalem, tum quoque obiectum, ac demum finem considerauimus, id quod sequentibus capitibus praestare annitemur. Sit itaque

## CAPVT II.

DE

VNIONIS ELECTORALIS  
CAUSA EFFICIENTE.

## §. I.

Quemadmodum cuiuslibet rei vt plurimum duae reperiuntur causae constituentes, siue efficientes, remota vna, altera proxima: ita ad hanc quoque conuentionem duae concurrunt causae, remota sc. & propinqua. Quarum illam dicimus esse ELECTORES, hanc vero illorum consensum, per quem vnio ista immediate in esse suum deducitur. Quantum ad ELECTORVM personas, iam supra monuimus, appellationem eos accepisse a potestate eligendi imperii caput, quam iisdem, non quidem primitus tribuit, sed potius ex consuetudine tributam firmavit Carolus IV. gloriosissimus imperator, vigore sanctionis imperialis, quae a sigillo aureo appenso communiter Aurea Bulla audit. Vernacula lingua *Chursürsten* dicuntur a *Churen* seu *Köhren*, quod priscis Germanis fuit *eligere*.

SCHVVED.





SCHVVED. *Introd. ad ius Publ. p. Spec. Sect. 2. c. 2. §. 1.*

## §. II.

Originem & incunabula augustorum horum principum si inuestigare vellemus, opus suscipere-  
mus humeris nostris plane impar, imo ab intentio-  
ne nostra penitus alienum. Quantas enim dissen-  
siones circa hoc thema Doctores, imprimis historia-  
rum scriptores, foueant, omnibus notum est, dum  
alii Carolo M. illorum constitutionem tribuunt, quod  
facit LINDENBROG. *in chron. Caroli fol. 218.* alii Otto-  
nem III. auctorem nominant: alii ad Henrici Sancti  
tempora originem illorum reiiciunt: alii Conrado  
II. adscribunt: alij denique sub Friderico I. vel sal-  
tem post Fridericum II. eos coepisse tradunt, quas  
opinionem relatas & refutatas legere licet apud VI-  
TRIAR. *Iur. publ. lib. 1. tit. 13. §. 3.* peculiaribus vero  
scriptis hoc thema prosequuntur MICHAEL SCHI-  
FERER *de Orig. ac potest. modern. in Imp. Elector.* MICHA-  
EL LEDERER *de origin. & priuileg. Elect.* ERICVS  
MAVRIVS *d. orig. Elect.* HERM. CONRING. *de Septem-  
uir. seu Elect. German. regni.* Quin & nuperrime re-  
pertus fuit scriptor generosus, GABRIEL PACHELBL  
a GEHAG Brandenburgicus, totius burggrauatus  
Norimbergensis consiliarius, qui disputatione publi-  
ca in regia academia Hallensi *de origin. Elect.* propo-  
sita, *electores Christi natiuitate non esse inuiores* asserere  
non dubitauit, quae sententia, cum in Francorum  
quidem, aliorumque Germaniae regum electione  
admitti possit, an ad imperatorum quoque electio-  
nem trahi, & ad modernum imperii nostri statum  
applicari queat? alii viderint. Imperium sane Ro-





manum iam a prima eius fundatione electitium fuisse, certum est: eundem quoque eligendi morem, postquam illud a Romanis ad Germanos peruenit, seruatum esse, rerum gestarum monumenta docent: verum de numero isto septenario, ad quem electionis negotium postea restrictum fuit, disceptatio ista, cuius iam mentionem fecimus, accipienda venit. Etiam si vero nonnulli, pontificiae inprimis religioni addicti, expressae pontificis constitutioni, alii imperatoris sanctioni, vel saltem vtriusque placito illud adscribant, aliqua de re videri potest LIMN. *ad A. B. c. 1. §. 1. obs. 6.* attamen non a lege, vel constitutione quadam expressa, sed ab antiqua & laudabili consuetudine, atque sic non vno actu, sed pedetentim per usum, reliquis ordinibus id fere non aduertentibus, ius eligendi ad septem principes transiisse, tandemque, vt quieti imperii consuleretur, reliquorum ordinum consensu, lege publica, quae Aurea Bulla vocatur, confirmatum fuisse, idem LIMN. *cit. loco* docet. Add. *de Septemuir. p. 31. DERHETZ. Inst. Iur. Publ. lib. 1. Tit. 6. §. 4.*

## §. III.

Noua ratione numerum hunc electorum, quem Carolus IV. in A. B. firmavit, a summis officiis, quae ab antiquo tempore in regno nationis Teutonicae obtinuerunt, deducit COCCIVS *in Iur. publ. prud. cap. 10. §. 12.* eaque duplicia constituit, cancellariae sc. & aulae *Cansley und Hoff-Vemter* prioribus officiis praefectos fuisse, scribit, solos clericos, quippe, qui soli iuris diuini & humani periti censebantur, & cappellani vel cancellarii promiscue vocati, in deliberationibus publicis, nec non ciuium negotiis & causis



causis moderandis adhibebantur. Cumque tria extiterint imperii libera regna, *Id. cap. 8. §. 18.* tres archi-cancellarios esse constitutos. Posteriora, aulae nimirum officia, quatuor extitisse, & in ista omnem aularum administrationem fuisse diuisam, dapiferatum sc. darschallatum, camerarium & pincernatum, cumque his quatuor archi-officialibus iuxta ac tribus archi-cancellariis omnia tam aulae quam imperii negotia fuerint commissa, electionem quoque regis ipsis competiisse *d. c. 12. §. 11.* adeoque septemuiratum nulla lege definitum, ex ipsis reip. Germ. rationibus vltro fluxisse. Qua stante hypothese, frustra erit in rationem septenarii electorum numeri inquirere, vtrum ad imitationem septem consiliariorum s; principum Persiae, vti vult PEVERVS *lib. 4. Chron.* an in exemplum septem lucernarum tabernaculi, *Exod. XXV. 37.* illuminando imperio fuerint instituti? Etiam si enim augustissimus Aureae Bullae conditor, in eius praefatione septem electores hoc elogio maectet, & per eos velut septem candelabra lucentia, in vnitae sepiritus sptiformis, sacrum illuminari debere imperium, scribat, id quod ex *Apocal. Ioban. cap. 1. v. 13.* petitum videtur: illud ipsum tamen nil, nisi comparationem quandam in laudem ipsorum conceptam continere, perinde ac illud, quod in *A. B. cap. 3. §. 1.* columnis proceribus assimilantur, queis sacrum aedificium circumspectae prudentiae solerti pietate sustentatur, quiuis facile intelligit. Neque porro necessum est rationem septenarii a sanctitate, & perfectione huius numeri deducere, quod factum a KNICH. *de Sax. non prouoc. iur. verb. Electorum cap. 1. n. 307. seqq.* ANT. COLER. *de iur. Imp.*



*imp. Germ. sect. 44.* Licet enim Maximilianus I imperator electores aliquando, de augendo hoc numero, & iure suffragii, seu electionis domui Austriacae communicando sollicitans, repulsam tulerit, ceu habet MARQV. FREHER. *ad Petr. de Andlo e. 1. lib. 2.* Id tamen non ex vana superstitione, aut quantitatis respectu; sed alia & politica ratione factum fuisse, probat LIMN. *de Iur. publ. l. 3. c. 1. n. 41. seq.* Nam & idem Gabrieli Betlemo, Transyluaniae principi electores, vt regi Hungariae hunc honorem conferrent, imploranti, contigisse, ex autore *der Unhaltischen Cansley*, narrat HERM. HERMES, *Fascicul. Iur. publ. c. 12. n. 5.* quin & pacificatio Osnabrugensis & Monasteriensis anno 1648. composita, per quam Iohannus electoratus *art. 4.* publicae tranquillitatis causa introductus fuit, & nuperrima nouem viratus in serenissima ac potentissima ducum Brunsvicensium & Luneburgensium domo fundatio, satis declarat, nihil imperatorem ac imperii proceres tribuere numero, sed ad beneplacitum haec omnia ac pro imperii salute fieri.

## §. IV.

Augustissimum hoc electorum collegium pluribus iisque splendidissimis ab imperatoria maiestate condecoratum esse iuribus ac privilegiis, omnes norunt, qui paulum saltem in imperio sunt versati. Omnia istorum iura enarrare nobis iam non licet, id quod fecit SCHVVED. *introduc. ad ius publ. part. Spec. Sect. 2. cap. 2.* qui nouemdecim refert, viginta vero tria, tum in Aurea Bulla, tum in capitulationibus caesareis aliisque imperii legibus fundata recenset DE RHETZ. *inst. iur. publ. lib. 1. tit. 6.*  
Prae



Præ ceteris iam eligere ac proponere libuit, ius pangendi foedera, ac constituendi vnionem, ad tuendam dignitatem & promouendam Imperii salutem quam maxime tendentem. Facultas equidem conuentus celebrandi, ineundi foedera & consociationes, omnibus imperii principibus, ceterisque ordinibus competere, nemo dubitat; his namque non saltem inter se, sed cum exteris quoque foedera pangere est permissum, modo ea non cedant in imperii detrimentum & imperator cum imperio in illis excipiatur, ceu patet ex *Reces. Imp. de anno 1529. §.* Und als ein Abschied. it. *Rec. Imp. de anno 1594. §. was und soviel nunt die Handhabung des Friedens.* Atque hoc ius ipsis expresse confirmatum legimus in *Instrum. Pac. de anno 1638. art. 8. vers. Gaudeant.* vid. LIMN. *de iur. publ. l. 4. c. 8. n. 16. seq.* Eiusmodi foederum exempla plurima in imperio Romano Germanico iam ab antiquis temporibus prostant, inter quæ præcipue eminet *foedus Sueuicum* a confoederatorum insigni, nimirum clypeo, cum effigie S. Georgii die *Gesellschaft des S. Georgen = Schilds* appellatum, de quo STRAVCH. *diff. exoter. 10. th. 3.* Itemque *foedus Schmalcaldicum*, a loco & ciuitate, vbi id anno dom. 1530. contractum fuerat, ita dictum, cuius causam & contenta exhibet LIMN. *d. lib. 4. c. 8. n. 30.* HORTLED. *d. caus. bell. German. tom. 3. lib. 8. c. 8.* SCHÜTZ. *vol. 2. disp. Iur. publ. 12. th. 23.* CARPZ. *ad Leg. Reg. Germ. cap. 6. sect. 8.* Nec non *foedus Rhenanum*, de quo FRITSCH. *Elect. iur. publ. p. 1. cap. 5.* & denique *Vnio protestantium* speciatim ita dicta, & superiori saeculo, anno videlicet 1610. Halæ Sueuorum firmata, cuius defensionem contra maleuolorum obtrectationes suscepit LIMN. *d. cap. 8.*

B

a. 34.





a. 34. *seqq.* Maiore tamen prae ceteris iurare coruscet *Electoralis* ista *Vnio*, a primariis Imperii membris ac Archi-Principibus suscepta, quae perinde accuratiori studio lustrari meretur.

## §. V.

Cum vero iuxta Aureae Bullae dispositionem septem Electores sint constituti, & successu temporis numerus iste ad nonum vsque auctus fuerit, non immerito dispiciendum est, an omnes & singuli pacto isto vnitorio reperiantur comprehensi. Quae quidem in re distinctio notanda venit inter Vnionem Electoralem, quae *vniversalis* vulgo audit, & inter illam, quae *particularis*, & communiter *die Rheimische Verein* dici solet; haec enim inter quatuor saltem Electores, qui ad Rhenum sedes suas habent, contracta: illa vero omnium consensu, excepto saltem Bohemiae Rege, fuit initia.

## §. VI.

Rationem autem, ob quam Bohemiae Rex ab hac vnione Electorali fuerit exclusus, si indagare velimus, haud vnam inueniemus doctorum sententiam. Nonnulli enim peculiari priuilegio Regi Bohemiae concessio id tribuunt, vt videlicet, quamuis imperii statibus annumeretur, oneribus tamen eiusdem sit exemptus, ita, vt neque collectis aut contributionibus ad imperii necessitates subleuandas indictis subiiciatur, neque ad comitia vocetur, sed electioni noui imperatoris adhibeatur. STRAVCH. *dissert. exoter. th. II. §. 12.* Vt hinc, cum caetera Imperii negotia, quorum cura relinquos tangit electores, quibusue ipsi inuigilant, nil ipsum attinere videantur, eundem ad vnionem suam inuitare superuacuum credi-



crediderint electores reliqui, praesertim cum ne quidem ad capitulationem caesaream conficiendam ipse concurrat. LIMN. tom. 1. addit. ad ius public. lib. 3. c. 8. n. 21. Atque hinc asserere non dubitat GOLDASTVS in Bohem. lib. 4. cap. 6. & cum illo REINKING. de regim. Sec. & Eccles. lib. 1. classe 4. c. 3. n. 38. vt & SCHÜTZ vol. 1. disp. iur. publ. 7. th. 20. lit. g. Regem Bohemiae, si modo velit, comitiis imperialibus & deliberationibus electoralibus hodiernum interesse posse, imo ad conuentus eiusmodi debere vocari, cum sit status imperii, adeoque eius iuribus licite fruatur. In quam sententiam etiam secedere videtur LIMN. Iur. publ. Tom. I. addit. lib. 3. cap. 8. n. 21. ex eo, quod nullum factum eius appareat, ob quod iure suo per A. B. tributo, priuari potuerit, nec Rex Bohemiae vnquam conquestus fuerit, de non facta admissione ad conuentus electorum particulares. Sed errorem suum post ipsemet LIMN. libens fateatur, in addit. ad Capit. Caroli V. art. 5. verb. *Sechs Churfürsten* vbi refert, quod anno 1612. Cardinalis Cleselius a Matthia Bohemiae Rege ad conuentum Electorum Norinbergam ablegatus fuerit, locumque sibi in Senatu Electorali dari nomine Regis sui vehementer contenderit, frustra tamen, reliquis Electoribus dispositioni Aureae Bullae contrariam obseruantiam & praxin praeferebantibus: quod factum quoque CARPZOVIVS recenset, & aliud exemplum subiungit, de conuentu Electorali Mulhusii anno 1619. celebrato, quibus vt interesset, Ferdinandus II. tum temporis Bohemiae Rex, sine vlllo successu laborauit, teste GOLDASTO de Bohem. d. cap. 6. pr. Quin & in collegiali Electorum congregatione anno





1636. Ratisbonae instituta, Regem Bohemiae Ferdinandum III. non admissum fuisse, ex relatione illorum, qui conuentui isto interfuerunt, laudatus CARPZ. *de leg. Reg. Germ. cap. 5. sect. 8. n. 32.* memorat, Solo quippe non vsu ius competens amitti posse, etiamsi nulla contradictio interuenerit, ex ciuilibus legum Romanarum praeceptis nouimus. *l. 2. C. de praescript. 30. vel. 40. an.*

## §. VII.

Hac stante hypothese, exclusio Bohemorum Regum a conuentibus & Vnione Electorali haud quam priuilegio erit tribuenda, sed iudicio CARPZOVII *d. L. R. G. cap. 5. sect. 8. n. 38.* ipsorum potius culpa, qua illorum auctoritas in Imperio vilescere, & e contrario sex reliquorum Electorum magis crescere ac euehi coepit, eo praecipue tempore, quo Wenceslaus Romanorum & Bohemiae Rex, postea ob socordiam & ignauiam ab Imperii folio depulsus, in angulo Bohemiae viuens gulaeque ac ventri deditus ad ordinarios Electorum conuentus plane non vocaretur, omnemque fere potestatem ad reliquos Archi-Principes deuolueret. Quin & superbiae Regum Bohemiae, vel saltem ipsorum odio erga Germanos id adscribendum esse, idem putat CARPZ. *d. l. n. 41. seq.* quando ipsimet Electorum conuentibus collegialibus ab initio interesse & imperio se subiicere noluerunt, adeoque iuste ab vnione hac fuerunt exclusi. Accedit, quod, vti supra monitum, Bohemiae Reges Imperio Romano nihil quicquam contribuant, & hinc quoque honorum, & commodorum participes esse nequeant. ARVM. *de Comit. Imp. s. 2. n. 31.*

## §. VIII.



## §. VIII.

Ex hoc sine dubio processit, quod Bohemiae regem ad conuentus, in quibus iuxta *ordinat. regim. nis Augustanam de anno 1555. Tit. wie die Chur = Fürsten auf jede Trohnfasten zu Nürnberg zusammen kommen sollen: quotannis de salute gentis christianae, nec non imperii honore, salute & necessitatibus deliberandum erat, imperator vocare noluerit, sex tantum Electorum, qui ibidem comparere debeant, mentionem faciens. Quod idem observatum in recessu Imp. Augustano de anno 1500. Tit. wie die Irrung der Session zwischen den Fürsten hingelegt werden soll. §. Item wenn ein großer Handel ic. vt & Tit. wie der Hauptmann Urlaub nehmen soll. nec non in *ordin. regim. Wormatiensi, de anno 1521. §. Würde sich auch begeben ic. & demum in der Erklärung des Land = Friedens zu Nürnberg. de anno 1522. Tit. So die Sachen so groß und lastig wären, ic. quibus in locis omnia maioris momenti negotia sex tantum electorum cognitioni, ac decisioni submissa leguntur. Vnicus casus exceptus reperitur in recessu Imp. Norinbergensi de anno 1522. §. 1. vbi ad deliberationem de auxilio contra Turcas suscipiendo, regem quoque Bohemiae, ratione istus regni vocari decernitur, verb. Darauf Chur = Fürsten, Fürsten und Stände des heiligen Reichs, auch gedachter unser Bruder, König zu Hungern, von wegen der beyden Königreiche Hungern und Mehren, und derselben Landschaften und Fürstenthümer zusammen schicken sollen. Sed hanc regis Bohemiae conuocationem necessitas, imo vtilitas ipsius Regni Bohemici, cui Hungariae rex a Turcis impeditus simul praerat, extorsisse vdetur.**

B 3

§. IX.





## §. IX.

An vero, praeter electorum consensum, imperatoris quoque auctoritas & confirmatio, ad constituendam hanc vnionem concurrere debeat non immerito aliquis quaesierit? Dispositione enim *aureae bullae tit. 15.* omnes confoederationes a personis, cuiuscunque dignitatis fuerint aut conditionis, iniri prohibentur, exceptis saltem illis, quas principes, & ciuitates, alique super generali pace prouinciarum & terrarum inter se firmasse noscuntur, quas ipsas tamen caesar suae declarationi speciatim reseruans in suo vigore manere decreuit, donec de his aliud duxerit ordinandum. Ex quibus verbis colligi videtur, omnia foedera & vniones, inter status & principes, non nisi imperatoria auctoritate contrahi, & contracta subsistere posse; cui accedit imperatoris Friderici III. *Reformatio imperii de anno 1441. art. 12.* apud GOLDAST. *tom. I. der Reichs-Sagungen, pag. 167.* ita sanciens: Auch soll im gansen Römischen Reich und fürbass hin kein Bündniß, Vereinigung, Verstand oder einige Verschreibung aufgerichtet werden, auch die alten alle abgethan se. Verum ex ipso aureae bullae iam allegato talem prohibitionem inferri, tantum abest, vt potius contrarium firmiter inde probari queat, cum verba legis non de imperii statibus, sed de statuum subditis, & ministerialibus loquantur, LIMN. *ad A. B. d. c. 15. §. 1. obs. 9.* ac ipsemet imperator principum foedera suae reseruet declarationi, & prouideat, vt intra terminos pacis ac vtilitatis publicae se contineat, atque eo vsque firma & illibata manere iubeat, veluti post KYLLING. *de ganerb. Cap. 2. discursu 15. n. 31.* obseruat. LIMN. *de iur. publ. lib. 4. c. 8. n. 16.* CARPZ. de



*de leg. reg. Germ. cap. 6. sect. 6. n. 2.* Friderici autem III. constitutionem quod attinet, eam, cum aliis eiusdem sanctionibus nunquam a statibus approbatam, sed & posterioribus imperii legibus abrogatam esse penitus, ex *Recessu & Ordinat. WORMAT. de anno 1495. tit. Die Königliche Majest. soll keinen Krieg ansfangen, vt ex praxi omnium saeculorum aperte liquet.* Ut utigitur nonnulla statuum foedera autoritate imperatorum fuerint contracta aut confirmata, id tamen ex voluntate, non necessitate factum, imo superfluum fuisse nemo dubitat, cum frustra ab alio petatur, quod iure communi obtineri potest, *arg. l. 30. d. reb. aut. iud. possid. l. vn. C. de thes.* quo respectu ipsi quoque electores confirmationem suae vnionis fortioris subsistentiae gratia, capitulationi caesareae inseri voluerunt, scientes, quod validi quoque detur roboratio, *BARTOL. in l. 16. C. d. decur.* Hinc gloriosissimus imperator Leopoldus *art. 6. capitul.* postquam conuentus, & diaetas pro imperii incolumitate susceptas, septem electoribus firmauerat, auctoritatem suam vnionibus quoque electoralibus tribuit, sequentibus verbis: *Gestalt wir denn auch der Chur-Fürstengemeine und sonderbare Rheinische Verein, als welche beyde ohne des mit Genehmhaltung, und approbation der vorigen Ränfer rühmlich aufgerichtet, so wohl in diesen als andern darinn begriffenen Puncten, und was darüber noch weiters die Herrn Chur-Fürsten allerseits untereinander gut befinden, und vergleichen möchten, auch unsers Theils approbiren und confirmiren thun.* Quae eadem verba in nouissima imperatoris moderni Iosephi *capitulatione art. 6.* repetita legimus. Imo iam ante quoque idem fecit Matthias imperator in *capitulatione*





*tulat. anno 1612. art. 4. nec non Ferdinandus II. capitulat. anno 1619. art. 4. & Ferdinandus III. anno 1636. art. 5.*

## §. X.

De tempore, quo primitus haec electoralis vnio coeperit & composita fuerit, non vniformis reperitur DD. sententia. Et generalis quidem vnionis initium additionator VITRIARI *instit. iur. publ. lib. 3. tit. 8. §. 30. lit. a.* refert ad annum 1346. CARPZ. vero *leg. Germ. cap. 6. sect. 6. n. 25.* Francofurti *an. 1438.* primitus sex electores Moguntinum nempe, Treuirensis, Coloniensem, Palatinum, Saxonem, & Brandenburgicum, hanc vnionem pepigisse memorat, quae postea Francofurti *an. 1446.* sub Friderico III. confirmata: *anno 1502.* Gelhusiae sub Maximiliano I. repetita, ac demum in comitiis Wormatiensibus, *anno 1521.* regnante Carolo V. fuit renouata. Ad particularem vero vnionem quod attinet, eandem Vesaliae ac Rhenum a quatuor Electoribus Moguntino, Coloniensi, Treuirensi, & Palatino, *anno 1519.* tempore interregni contractam fuisse, constat ex tenore literarum, quas exhibet GOLDAST. *in Bohem. l. 4. c. 7. n. 9.*

## CAPVT III.

DE

OBIECTO ET FORMA VNIONIS  
ELECTORALIS.

## §. I.

Propius ad ipsam rem accedentes, contenta vnionis electoralis, & de quibus negotiis haec condita fuerit, vt perlustremus, necessum est. Cum vero eandem



eandem duplicem esse supra dixerimus, generalem scil. omnium electorum, & specialem, quatuor electorum, qui Rhenum accolunt: ante omnia generalem in medium producimus. Haec licet diuersis saeculis repetita ac renouata sit, obiecti tamen nullam passa fuit mutationem, quare vltimas saltem tabulas foederis producere iuuabit.

## §. II.

Constat vero fraterna haec vnio, quo nomine ipsi conditores eam condecorant, praeter prooemium & conclusionem, XIX. versiculis siue periodis. Prooemium siue introitus nomina recenset electorum, tunc temporis conuenientium & compaciscantium. Fuerunt illi ALBERTVS cardinalis, & archi-episcopus Moguntinus ac Magdeburgensis: RICHARDVS, archi-episcopus Treuirensis: HERMANNVS, archi-episcopus Coloniensis: LVDOVICVS, comes Palatinus Rheni: FRIDERICVS, dux Saxoniae: & IOACHIMVS marchio Brandenburgensis.

## §. III.

Periodus prima occasionem enarrat, qua permoti electores conuentionem istam iniuere, his verbis: Als wir betrachet, und zu Herzen genommen haben, wie unsere Churfürstliche Versammlung zu Nuß und Nothdurfft des heiligen Römischen Reichs anfangs löblich geordnet, und herkommen ist; auch wie sich der, und anderer beweglichen Ursachen halber, und sonderlich zu Handhabung der Churfürstlichen Ehre und Würde, etwann unsere Vorfahren und Vor-Veltern Churfürsten, löblicher Gedächtnuß, als die vordersten Glieder des H. Reichs, den Ehre, Nuß und Einigkeit des H. Reichs

C

zu





zu trachten, und Trennung und Schaden desselben zu verhüten gebühret, in freundliche, brüderliche Einung, und Verschreibung gegen und mit einander begeben haben, nach Meldung der Brieffe darüber ausgegangen, des einen datum stehet zu Franckfurth in dem Jahre, als man schrieb nach Christi Geburth Tausend, vierhundert sechs und vierzig, am Montag nach den Sonntag, als man in der heiligen Kirchen singt Oculi und des andern datum stehet zu Heilnhaußen, auf Dienstag nach S. Peter und Pauls Tag der heiligen zwölff Botten, Anno Domini millesimo, quingentesimo secundo. Diweil aber der mehrere Theil unserer Vorfahren und Vor-Ältern, in der brüderlichen Einung begriffen, verstorben, so haben wir, als die Nachfolger unser Vorfahren und Vor-Ältern, auch angesehen und betrachtet, wie seltsam, schwerlich und sorgfältig sich die izigen Läufe dem heiligen, Christlichen Glauben, dem H. Römischen Reich, und sonderlich Teutscher Nation, und allen Ständen derselben sich zu Trennung, Abfall und Verkleinerung scheinbarlich zeigen. Darum und solch, so viel möglich, zuvor kommen, so haben wir, als billig, den fußsteiffen Vorfahren und Vor-Ältern, als Nachkommen und Erben derselben, nachgefolget, und Gott dem Allmächtigen zu Lob, den heiligen Christlichen Glauben, der Römischen Kaiserlichen Majestät, dem H. Römischen Reich, und sonderlich Teutscher Nation zu Frieden, Ehre, Nutz und Frommen, uns auch zusammen in freundliche, brüderliche Einung und Verständnuß gethan, und uns gegen und mit einander verpflichtet und verschrieben, vereinen, verpflichten und verschreiben uns in und mit Krafft dieses Brieffs, wie hernach folget.

§. IV.





§. IV.

In hoc primo paragrapho mentionem iniiciunt electores conuentuum suorum electoralium antiquitus in salutem imperii Romani institutorum. Vocantur hi conuentus seu comitia electoralia idioma- te Germanico communiter *Churfürsten-Tage*, item *Collegial-Tage*, & in textu huius nostrae vnionis, *Churfürstliche Versammlung*, de quibus, quando coeperint? iuris publici doctores inter se disceptant. ARVMAEVVS enim *tr. d. Comit. c. 2. n. 29.* & post illum STRAVCH. *Diff. exoter. 4. aph. 16.* existimant, electores indultu demum Caroli IV. hoc ius coeundi obtinuisse, atque ante A. B. imperatorem tales conuentus prohibendi ius habuisse, quorum sententiae accedit perillustr. L. B. de LYNCKER *Diff. de consens. elector. th. 6.* cum alias quidem conuentus quilibet, praecipue magnatum, in principatu portenti quid alere videantur. CLAPMAR. *d. arcan. Rerump. lib. 3. cap. 13.* ibique MART. SCHOOCK. Verum iam ante Caroli IV. aetatem electores hanc conueniendi & de rebus imperii consultandi facultatem habuisse, disertis verbis innuitur in *Aur. Bull. cap. 12. §. 1.* vbi imperator necessarium fuisse ait, prospicere, vt sacri imperii principes electores, ad tractandum de ipsius imperii orbisque salute, *frequentius solito congregentur.* vid. LIMN. *ad. d. c. 12. §. 2. A. B. obs. 7.* SCHVVED. *Introd. in Ius Publ. part. spec. sect. 2. cap. 2. §. 3.*

## §. V.

Hodie sane ius istud conuentus celebrandi electoribus speciali pacto ab imperatoribus, qui aureae bullae dispositionem sequuntur, firmatum esse, constat, dum nimirum Carolus V. & post eum succe-





dentis imp. omnes vsque ad modernum augustissimum caesarem, in capitulationibus suis ita sancire: Wir lassen auch zu, daß die sieben (quondam sechs) Churfürsten ie zu Zeiten, vermög der gülden Bull, und nach Gelegenheit und Zustand des heil. Reichs, zu ihrer Nothdurfft, auch so Sie beschwerliches Obliegen haben, dasselbe zu bedencken und zu rathschlagen. Quamuis, si rem exactius ponderemus, haec vera permissio non fit, scil. talis, qua permittitur id, quod iure prohiberi potuisset, cum hoc ius conueniendi non ex permissione cuiusque imperatoris electoribus competat, sed hi illud ab antiquo maximam partem sibi met ipsis attribuerint, (iuxta ea, quae praecedente §. dicta sunt,) & imperii administrationem hodie in imperatorem, hac addita clausula, conferant, ne hoc in iure turbentur, prout scribit LIMN. ad Capitul. Carol. V. art. 5. verb. Wir lassen zu.

## §. VI.

Num vero conuentus hi electorales inscio imperatore institui possint, an huius consensus ad illos requiratur? itidem non vna est doctorum opinio. Qua in re quidem, si ad ipsam aureae bullae sanctionem respiciamus, vix dubitandum est, quin congregationes istae inscio imperatore institui haud potuerint. Ut enim CARPZ. ad L. R. Germ. cap. 5. sect. 7. n. II. post ARVM. Disc. 5. ad A. B. 1b. 20. permissio- nem hanc imperatoriam illimitatam esse putet; ita, vt electores comitia absque speciali veniae impetratione celebrare valuerint; huic tamen sententiae ipsa verba textus refragantur, quae ita se habent: *Duximus ordinandum, quod iidem principes electores de cetero per singulos annos semel, in aliqua ciuitate S. Romani imperii personaliter*



sonaliter congregentur, & ad idem tempus proxime affuturum, seu anno praesenti, colloquium seu curia, & congregatio huiusmodi in ciuitate nostra Imperiali Metensi, PER NOS ET EOSDEM PRINCIPES celebretur. Ceterum, si usum temporum, quae aurea bulla subsecuta sunt, confiderauerimus, optima ratione distinguendum erit, inter conuentus electorales ab imperatore, vel ad huius instantiam, a Moguntino indictos, & inter illos, qui a Moguntino, tanquam decano collegii proprio motu, vel ad instantiam alicuius ex collegio electorali indicuntur. Prioris enim generis congressus non nisi sciente imperatore instituuntur, atque in his ipse quoque vel personaliter, vel per legatos comparere solet, eumque electores admittere tenentur, posterioris vero generis eo quidem ignorante indici, vix tamen incisco peragi possunt, vti habet LIMN. ad A. B. cap. 12. §. 2. obs. 13. Quin & imperator sponte nonnunquam eiusmodi conuentus indicare solet, idque ipsi omnino est integrum, id quod ex literis patentibus Imperatoriis d. dato 19. Nou. an. 1630. constat, wie es wegen des Kriegs = Wesens gehalten werden soll. verb. Wir zu gegenwärtigen Churfürstl. Collegial - Conuent, für Uns, als das Haupt, die gesamte Chur = Fürsten anhero beruffen, damit wir mit getreuen Rath und Hülffe derselben ic. Theat. Europ. part. 2. p. 198.

## §. VII.

Negotia, de quibus in conuentibus istis electoralibus consultatio haberi potest, si perpendamus, generatim quidem in *aur. bull. cap. 12. §. 1.* his significantur verbis: *ad tractandum de ipsius Imperii orbisque salute;* Et in ipsa vnione hac nostra §. 1. dicitur, daß die





Churfürstl. Versammlung zu Nus und Nothdurfft des  
 H. Römischen Reichs anfangs löblich geordnet und her-  
 kommen: nec non in Cap. Imp. Von ihrer und des  
 H. Röm. Reichs Nothdurfft, auch so Sie beschwerlich  
 Obligen habe, dasselbe zu bedencken und zu berathschla-  
 gen. Quoniam vero plures causae dantur, quae im-  
 perii salutem vel directe, vel per consequentiam con-  
 tingunt, distinguere placet LIMN. ad art. 5. Capit. Car.  
 V. verb. zu ihrer und des H. Reichs. It. ad cap. 3. A. B.  
 §. 2. obs. 4. inter negotia, quae electores eorumque  
 iura, & inter ea, quae vniuersum imperium concer-  
 nunt, atque illa ad conuentus electorales pertinere,  
 haec vero in comitiis vniuersalibus esse expedienda,  
 idque probat responso Electorum nomine an. 1630. d.  
 19. Iulii Ratisbonae imperatori insinuato: Was vor  
 ein Mittel gegen die Städten an die Hand zu nehmen,  
 insonderheit, wie denselben mit Kriegs-Macht zu begegnen  
 seyn möchte, darüber wüsten sie sich, als in einer das gan-  
 ze Röm. Reich und alle dessen Stände berührende Sa-  
 che, welche von vorigen Röm. Keisern auch jederzeit auf  
 allgemeinen Reichs-Versammlungen proponirt und  
 tractirt worden, für sich absonderlich und ungedert, ihrer  
 Mißstand, nichts beständiges zu erklären Licet vero  
 hanc regulam ita definiat LIMNAEVS cit. loc. ipsemet  
 tamen fatetur, eam exceptionibus suis non carere,  
 dum videlicet in posterioris etiam generis causis, to-  
 tum imperium respicientibus, si publica salus & tran-  
 quillitas celerem expeditionem efflagitet, electorum  
 consensum vnice exquirere, & de his solus arbitrari  
 caesar potest. L. B. de LYNCK. diff. d. Conf. Elect. §. 9.  
 §. 10. Quin & instrum. pac. art. 5. n. 20. §. 54. liberum  
 suae maiestati esse, dicitur, in causis maioribus, & unde in-  
 multus



*multus in Imperio timeri possent, insuper quorundam vtriusque religionis electorum & principum sententias & vota requirere.*

## §. VIII.

Plura de hisce conuentibus electoralibus, quos fundamenti loco electores suae vnioni fraternae substernunt, hunc addere nolumus, sed de praeceminentia saltem & dignitate huius collegii, cuius conseruationem, post imperii salutem, compaciscentes sibi pro scopo proposuerunt, pauca saltem annotabimus. Dicitur enim quod sinierint hanc conuentionem, zu Handhabung der Churfürstl. Ehren und Würde, als die vordersten Glieder des H. Reichs, den Ehre, Ruh und Einigkeit des H. Reichs zu trachten, und Trennung und Schaden desselben zu verhüten, gebühret. Elogium hocce non vana ambitione sibi tribuunt electores, sed iam ante eodem & longe ampliori eos cohonestauit imperator Carolus IV. in aur. bull. cap. 3. §. 1. illos vocans **COLVMNAS IMPERII**, & in cap. 30. §. 1. **COLVMNAS ET LATERA**. Ad cuius imitationem Ferdin. II. capit. art. 41. & Leopoldus Capit. art. 46. nec non Iosephus, art. 46. illos nominant die Haupt-Säulen des Reichs. Similiter quemadmodum Carolus IV. in prooem. A. B. § cap. 2. eos primaria membra ita Carolus V. cap. art. 4. die förderste Glieder, & Ferdin. I. art. 3. Rudolph. II. art. 3. Ferdin. II. art. 42. die innerster Glieder vocant, & quidem non tantum Imperii, sed & corporis imperatorii, per textum A. B. cap. 24. pr. verb. nam & ipsi pars corporis nostri sunt. Licet enim omnes imperii subditi etiam non status, eius membra recte dicantur, LIMN, iur. publ. lib. 1. cap. 7. n. 56. § cap. 8. pr. imperatoriam tamen personam electores propius attinent, vt hinc in decreto caesareo

CEO





reo d. 20. Iulii an. 1590. apud BRUNNING. d. iurib. Vni-  
 uersit. th. 10. recte asseratur: Es sey der Chur-Fürsten  
 Hoheit und Dignität mit eines Römischen Kaysers Ge-  
 walt und Hoheit, dahero sie auch fleußt, dermassen ver-  
 bunden, daß eine ohne die andere nicht verschmälert wer-  
 den, auch eine ohne die andere nicht bestehen könne. Ex  
 quo etiam fundamento in electores crimen maiesta-  
 tis laesae committi dicitur, in *A. B. cap. 24. pr.* non qua-  
 si ipsis vera maiestas insit, sed quatenus in ipsorum  
 persona caesarea maiestas laeditur, & sic obiectiue  
 tantum, non causatiue. Vid. prolixè contra Sixti-  
 num de hoc argumento disputantem LIMN. *Tom. 4.*  
*addir. ad lib. 3. cap. 2. p. 287.*

## §. IX.

De eo denique, quod in hoc paragrapho de an-  
 teecessoribus electorum, illorumque vestigiis sequen-  
 dis habetur, illud breuiter notandum duximus, suc-  
 cessionem in electoratibus esse duplicem, prout ele-  
 ctoratus vel ecclesiasticus est vel secularis. Electo-  
 res namque ecclesiastici, qui insimul archi-episcopa-  
 lem dignitatem obtinent, perinde vt alii Germaniae  
 episcopi, per electionem communi, vel plurium sal-  
 tem capitularium suffragio constituuntur; seculares  
 vero per successionem linealem agnaticam ad digni-  
 tatis huius fastigium adscendunt. vid. SCHVVEDER.  
*Introd. ad ius publ. part. spec. sect. 2. cap. 3. §. 5. & 7.* Hinc  
 quaeritur, an successor in Rep. antecessoris sui leges,  
 facta & conuentiones seruare teneatur, & ad id com-  
 pelli queat? Ad quam quaestionem decidendam in-  
 seruit distinctio iam iam proposita. Quod enim le-  
 ges antecessoris attinet, quae mere ciuiles sunt & po-  
 sitivae, aut principaliter vtilitatem tantum priuatam  
 respi-



respiciunt, eas nemo successorum obseruare obstringitur, cum hic non sit inferior suo praedeceffore CACHERAN. *dec. 139. n. 6.* atque hinc multominus episcopus ad antecefforis sui statuta obstringitur, *cap. 40. d. elect.* Sed leges regni, aut prouinciae fundamentales, publicam vtilitatem directe concernentes, quilibet successorum seruare tenetur, quia illis reip. fundamenta innituntur & per eas princeps reip. vnitur. HEIG. *illustr. quaeft. 5. n. 2. BVXDORFF ad A. B. prooem. concl. 7.* Porro ratione pactorum & contractuum, vniuersalis successor, quiue hereditario iure ad regimen venit, antecefforis conuentionem seruare omnino adstringitur, quia, ex cuius persona quis lucrum capit, eius quoque factum praestare debet, *l. 149. d. reg. iur.* imo heres cum defuncto vna eademque persona esse intelligitur, *Nou. 48. pr.* modo tamen contractus sit honestus, nec inofficiosus & reip. noxius, CACHER. *d. dec. 139.* FELIN. *in cap. 1. de probat. n. 5.* Ast qui singulari iure, aut per electionem succedit, ad talia pacta & conuentiones seruandas minime est obligatus, *l. 22. §. 1. d. adopt. l. 3. d. interd. §. re leg. GAIL. lib. 2. obs. 86. n. 17. §. obs. 87. n. 1.* nisi itidem pacta ista ad vtilitatem & dignitatem reip. fuerint directa, aut sub nomine dignitatis inita, tales enim contractus morte contrahentis non extinguuntur, cum dignitas nunquam moriatur. *Nou. 82. cap. 2.* adeoque nec non contractus eius gratia & intuitu celebratus pereat. TIRAQ. *d. iur. primog. qu. 35. n. 19.* HEIG. *qu. illust. 19. u. 10.* Vid. pluribus hanc quaeftionem tractantem REINKING. *d. reg. sec. §. eccles. lib. 1. clas. 3. cap. 10. per tot.* Add. SCHÜTZ. *Exerc. 3. iur. publ. th. 8.*

D

§. X.





## §. X.

Haec ipsa, si quis applicauerit ad ea, quae in vnione nostra de seruandis antecessorum conuentionibus dicuntur, facile apparebit, augustissimos compaciscentes iustissima ratione semet obstrictos agnoscere ad seruanda illa pacta, quae ab antecessoribus suis quondam inita fuerunt, etiamsi nonnulli iisdem singulari iure successerint, cum videlicet istae conuentiones non solum ad dignitatis & praecminentiae electoralis splendorem, sed & totius imperii incolumitatem constabiliendam tendant, vt hinc rectissime ante memoratorum antecessorum vestigiis insistere, non necessarium modo, sed & vtile & honestum putauerint, verbis: *So haben wir, als billig, den Fußsteiffen Vorfahren und Vorältern, als Nachkommen und Erben derselben nachgefolget: secuti hac in parte egregium monitum GREGORII MAGNI ad Montanum & Thomam, quod extat in can. 15. caus. 25. qu. 1. ita scribentis: Iustitiae ac rationis ordo suadet, vt qui a successoribus desiderat mandata seruari, decessoris sui procul dubio voluntatem & statuta custodiat: & quod habetur in can. 4. d. caus. 25. 2. vbi idem Felici episcopo in hunc modum rescribit: Si ea destruerem, quae Antecessores nostri statuerunt, non constructor, sed euersor esse, iuste comprobaber, restante veritatis voce, quae ait: omne regnum in se ipso diuisum non stabit: & omnis scientia & lex sibi aduersa destruetur.*

## §. XI.

Ipsa negotia, ad quae electoribus in fraterna vnione sollicitudinem suam extendere placuit, concernunt vel ipsas personas compaciscentes, vel statum imperii publicum: & haec iterum vel ad religionem pertinent, vel res saeculares tangunt. De personis ipso-



ipforummet electorum sequentia proponuntur in §. 2. Nämlich zum ersten, so sollen und wollen wir einander, und unser jeglicher den andern mit guten Rechten und ganzen wahren Treuen und Freundschaft meynen, haben, halten, und umb keinerley Sachen oder Geschicht willen, wie sich das zufügen oder machen möchte, mit oder gegeneinander zu wehden, kriegen, aufzuehren oder zu greiffen kommen, in keine Weiß, ohn alle Gefährde.

## §. XII.

Iustitiae fundamentum esse fidem, nemo facile negabit, ea enim in omnibus actionibus seruari debet, nec vlla re magis, quam fide, reip. dignitas & quasi perpetuitas retinetur, quemadmodum nulla tam perniciosa humanae societatis dissolutio, quam perfidia, fraus & circumuentio. SPEIDEL. *Specul. iurid. polit. lit. V. n. 76.* Etsi vero haec ita verissime se habeant, & politicae prudentiae praeceptis admodum sint consona, negari tamen nequit, hodie paucos reperiri, qui talia praestant, & raram inter mortales esse fidem, vt pro regula cuiuslibet inculcari necesse sit: *confidere paucis, imo vero confidere nulli.* Maximam nimirum partem Germanorum mores a maiorum ingenio degenerarunt, de quibus TACITVS: *Nullos mortalium fide ante Germanos esse, & dolendum, antiquam Germanorum fidem in Graecanicam commutatam esse, ita vt vulgare illud, auf gut alt Deutsch, non nisi per iniuriam hodie quibusdam attribui queat. Quae de re rythmi nostro idiomate scripti conqueruntur:*

Da die Treu ward neu geboren,  
Kroch sie in ein Jäger-Horn:  
Der Jäger bließ sie in den Wind,  
Daher man keine Treu mehr find.

D 2

DIET-





DIETHERR. *in addit. ad Speid. verb.* Treu und Glauben. Et recte quoslibet de prudenti circumspectione contra fallaciam & dissimulationem hominum adhibenda admonuit, quicumque is fuerit, elegantissimis his versiculis :

*Fide, sed cui vide: qui fidit, nec bene vidit,  
Fallitur: Ergo vide, ne capiare fide.*

*Fide parum: sed multa vide, nam multa videre  
Saepe iuuat: multum fidere, saepe nocet.*

§. XIII.

Cum vero perfidiae hoc vitium inter priuatos quidem multa mala generet, inter illustres certe personas, quae aliis exemplo praelucere debent, pessimos producere solet effectus, & integras saepe destruit prouincias, vt recte THVCYD *lib. 4.* scribit: *Fraus cum in omnibus foeda est, tum vero in iis, qui maiori dignitate sunt praediti, foedior est, quam aperta violentia.* Optimo igitur consilio huic malo per amicam hanc vnionem & reciprocam fidei promissionem occurrere voluerunt optimi principes, insimulque hac ratione ad perpetuam inter se concordiam fouendam quasi viam sternere, sine qua nulla respublica, nullum corpus aut collegium diu subsistere potest, sed, velut anima deficiente, concidere & demum expirare cogitur. Nam, teste POLIBIO, *duo sunt, quibus omnis Resp. seruatur, in hostes fortitudo, & domi concordia.*

§. XIV.

Vt igitur omnis dissidiorum, quae inter homines oriri possunt, occasio praescindatur, atque futuro morbo in tempore remedium paretur, ita vltterius cauere placuit vnitoribus in §. 3. Und auf das diese Einung, und Vertrag desto beständiger seyn und bleiben



bleiben möge, so wollen wir, daß die Austräge, so zwischen unser jedem gegen den andern in besondern Verträgen und Verschreibungen hievor verfaßt und aufgerichtet werden, auch dieser Einung halb in Wesen und Kräften seyn und bleiben, und hiemit repetirt und erneut seyn sollen, als werden die von Wort zu Worten hierin begriffen und verleibet.

## §. XV.

Ea nimirum est humanae naturae fragilitas, vt saepius a veri & iusti tramite deflectat, & dum quis proprio commodo nimium deditus est, alteri iniuriam inferat, atque citra propositum eundem laedat. Ad hanc iniquitatem corrigendam iudicia constituta sunt, & magistratus ordinati, vt coram iis vnusquisque ciuium ius suum contra alterum prosequatur, nec proprio ausu id, quod sibi deberi putat, vindicet: iniquum enim est in re propria alicui licentiam tribuere sententiae, vt imp. loquuntur in *l. un. c. ne quis in sua caus.* nec quis simul iudicis, partis & testis officium in vna eademque causa obire potest. *l. 13. §. 4. ad Sc. Trebell.* cumque ab hac regula neque rex neque imp. exemptus sit, iuxta ANDR. d. ISERNIA ad II. Feud. 52. §. praeterea vtique nec vlli imperii statuum tale quid licere, sed quemlibet suum aduersarium ordinaria actione in competente foro conuenire debere dicendum est. Placuit id ipsum celsissimis vnionis nostrae conditoribus, qui ea propter constitutiones publicas de litibus inter S. R. I. ordines ventilandis, deque foro illorum ordinario latas integras seruari, quam propria auctoritate sibimetipsis ius dicere maluerunt. Si vero quaeratur, quodnam sit illud forum, coram quo elector electorem & colle-





gam suum de quavis re conuenire, & in ius vocare debeat? respondemus, electores perinde vt alii principes & status suos iudices in prima instantia habere peculiare, qui communi vocabulo *Austregae* a verbo germanico *Austragen*, quod idem est ac componere, decidere, vocari solent, cum immediatorum imperii sacri ordinum controuersias amice, aut iuxta iurium praescriptum definire soleant.

## §. XVI.

De origine & primo austregarum autore hic disquirere nolumus, inprimis cum non vna omnium hac de re sit sententia, sed B. L. ad CONRING. *Diff. de Iudic. Reip. Germ. th. 13.* BVRGOLDENS. *ad Instrum. Pac. p. 2. Disc. 20. §. 3.* TEXTOR. *ad Rec. Imp. nouiss. Disp. 3. th. 2. seqq.* SCHVBHARD. *d. Austreg. cap. 2. n. 40.* BLVM. *Proc. Cam. tit. 27. n. 8. 9.* SCHVLTZ. *Jur. publ. vol. 2. Disp. 3. th. lit. A. & B.* remittimus. Illud saltem notamus, austregas istas vel ex lege imperii, vel ex familiarum illustrium pactis constitui, vt ita aliae legales, aliae conuentiales nominari queant. Et de illis quidem, qua ratione pro diuersitate variorum casuum constituentur, legi potest *ord. cam. part. 2. tit. 2.* His vero consensus mutuus contrahentium auctoritatem legis tribuit, ad quas etiam statutaria referri queunt, quae scilicet ex certo familiae statuto proueniunt, & inter eandem familiam vigent, quarum exempla exhibent domus Palatina, Saxonia, Hassiaca & aliae. Atque hae iterum in perpetuas, quas etiam hereditarias vocant, *Erb-Austrage* & temporales diuidit SCHVLTZ *d. Disp. 3. th. 3.* Subdiuisionem autem istam, qua conuentionales aliae *certaine* siue *confirmatae*, aliae *incertaine* seu *compromissariae* dicuntur, merito reiicit, cum  
com-



compromissarii a priuatis quoque eligi possint, & sic proceres imperii nihil specialitatis prae priuatis haberent, ac insuper ab arbitris compromissariis nulla detur appellatio. l. 1. C. d. arbitr. l. 32. §. 14. d. recept. ab austregarum vero sententia appellare vtique sit permissum Ord. Cam. p. 2. tit. 2. §. 1.

## §. XVII.

Austregale igitur iudicium, conuentionale statutarium, & hoc vnionis pacto speciatim corroborare & munire voluerunt laudatissimi electores. Ceterum, quomodo inter eos, qui eiusmodi austregis destituuntur, exortae lites componi, & quis procedendi modus obseruari deceat, sequenti §. 3. definitum fuit, his verbis: Wo aber zwischen etlichen unter uns nicht sonderliche Austräge oder Verfassung wäre, und derselben einer einigerley Inspruch oder Forderung zu dem andern gewinne, von Spänne wegen, die von neuen auferstehen, oder aus vergangenen Händeln fließen werden, das Gott nicht wolle, welchen unter uns dann bedüncket, daß ihme von dem andern ungütlich geschehe, der soll demselbigen schreiben, und begehren den andern viere aus uns fürter zuschreiben und zubitten, als er auch thun soll, umb Tage in der Sachen anzusehen, welche viere auch alsdenn in zween Monathen darnach einen Tag beeden Theilen an ein gelegene Wahlstatt, als zu Mainz, Franckfurt, Seilnhäusen oder Fulda, von ihren eigener Personen, oder ihren trefflichen Rätthen, zu erscheinen benennen und auf denselbigen Tag beyde Theil durch sich selber persönlich, oder ihre vollmächtige Anwälde erscheinen, und die andern vier aus uns, oder derselben treffliche Rätthe, Ansprach, Antwort, Biederrede und Nachrede von beeden Seiten verhören, von Worten zu  
 Wer-





Worten durch ihre Cansley = Schreiber aufzeichnen lassen, Kunde und Kundschaffen, ob iemand die Zufuhren noth hätte oder begehrte, verhören, ihre Sage ausschreiben, auch Brieff, Siegel und anders, was die Parthenen vor dargegen fürbringen wolten, auf und annehmen, und darauf beschliessen lassen, und darnach mit allem Fleiß Wege suchen sollen, ob sie solche Zwytracht, Spänne, Mängel und Zwenung in der Freundschaft und Gütigkeit vertragen und hinlegen möchten.

## §. XVIII.

Ex hoc verborum contextu facile patet, non placuisse electoribus legales istas austregas, de quibus in *Ordin. Camer. p. 2. t. 2.* disponitur, vt si immediato alicui principi cum alio sui ordinis lis intercedat, actor reo libellum actionis transmittat, hic vero requisitus intra quatuor septimanas actori quatuor principes regentes, ecclesiasticos pariter & saeculares ex diuersis familiis ortos sine calumnia nominet, e quibus vnum pro iudice sibi eligat, & electum reo denunciuet; sed maluisse, vt controuersiae enatae coram ipsis reliquis collegii electoralis membris ventilentur, & ab iisdem decidantur. Cum enim inter eiusdem collegii socios fraternitas quaedam contrahatur, *l. 63. pro soc.* imo ipsi electores semet fratrum nomine compellare soleant, *§. praec. 1. verb. Brüdertliche Einung* & vero iura inter fratres mutuam amorem praesumant, vt hinc *Frater* quasi *fere alter* dictus videatur NIGIDIO apud GELLIVM *noct. Attic. lib. 13. cap. 10.* non sine ratione hoc inductum & conuentum videtur, ne cognitio & decisio talium causarum & litium, extra collegium electorale, aliis committatur & per illud lis proteletur.

## §. XIX.





## §. XIX.

Quid hic in textu habetur de actionibus von Spänne wegen, intelligendum est de contentionibus & disceptationibus, quae antiquo Germanorum idiomate Spähne vocari solent, metaphora quadam a lignis, eorumque dissectione desumpta. Sicuti enim arbor, aut quaelibet res solida in partes dissecta, non retinet rationem totius, quin & nomen & robur suum amittit, ita & animi hominum antea consociati per lites in partes scinduntur, & in frustula comminuuntur, atque vix magno labore redintegrari queunt, vt hinc non immerito veteres vocabulum der Spahn ad iudicialia iurgia & dissidia traxerint, & quando rex in contentionem venit, dixerint, die Sache ist zu einem Span gediehen: es ist ein Span unter ihnen. Vid. CASP. STIELER, *dictus der Spathe, in teutschen Sprach-Schatz. verb. Span.* Vnde porro vocabulum Spänig & Spenstig, item Wiederpenstig, pro contentioso, rixoso, contumace & contradicente. Occurrit ista vox in variis antiquis documentis & recessibus inter quos nunc saltem commemorare libet regulas equitum aurei velleris, de an. 1431, quas exhibet LIMNAEVS *lib. 6. iur. publ. cap. 2. §. 8.* vbi statuitur, da zwischen den Rittern sich ein solcher Wiederwill zutrüge, daß sie denselben mit der Wahr wolten austragen, soll der Oberste den Handel für den ganzen Orden kommen lassen, und beyden Partheyen auferlegen, vor demselben zu erscheinen, und den ganzen Spahn ihm zu übergeben. Obseruauimus quoque nonnunquam vocabulum Gespän & Zwietracht, item Mistle a veteribus fuisse adhibitum. Vid. BESOLD. *Thes. pract. verb. Mistle.* Nec non Spaltungen, in *recessu*, quem exhibet CASTEL.

E

d. Stat.





d. Stat. publ. Europ. p. 563. verb. Nachdem etliche Jahr zurück hochbeschwerliche Spaltungen im Haus zu Sachsen gewesen ic. Optime cum hac Germanorum voce conuenit Graecorum verbum  $\chi\iota\sigma\mu\alpha$  a  $\chi\iota\zeta\omega$  quod est Scindo, & Latinis quoque Schisma vocatur, quod idem est ac discessus siue separatio, & in iure canonico quam maxime de secessu ab vnitae ecclesiae accipitur, tot. tit. X. de Schismat. scil. tum in sacramentis, eorum vsu contemendo, tum in cultu diuino, eum omittendo, tum in subiectione, ecclesiae caput non agnoscendo, veluti id exponit L. B. de LYNCKER in analect. ad DESSEL. Erotem. iur. can. lib. 5. tit. 8. qu. 1.

## §. XX.

In componendis litibus iudicis officio quam maxime incumbit, ante omnia amicam transactionem partibus suadere, easque ad illam quouis modo inducere. Si quis enim litium iudicialiarum varias molestias, onera & damna animo pensitet, fateri necessum habebit, haud quidquam magis affligere hominem posse quam processuum turbinem, & altercationem forensis, quam propterea grauissime describit OLORINVS in *Erbograph. mundi*. p. 4. dicens. Die Materia des Rechtens kan nicht mit schwarzer Dinten, sondern mit rothen Blut genugsam beschrieben werden. Einen Rechtshandel anfangen, ist meines einfältigen Erachtens anders nichts, als daß man dem Herzen Uhrsache gibt zum Seuffzen, den Augen zum Weinen, den Füßen zum Gehen, der Zungen zum Klagen, den Händen zum Geld-Ausgeben, den Freunden zum Bitten, den Dienern zum sollicitiren, und dem Leibe zu arbeiten. Wer nicht weiß, was Rechten ist, der soll wissen, daß seine Eigenschaft ist, daß es die Reichen arm machet, den Frölichen



Fröhlichen betrübt, den Freyen eigen, den Gelehrten unwerth, den Friedsamem unruhig, den Unruhigen veracht, den Berachteten verzweifelt. Et paulo post. Die Egyptier sind mit zehen Plagen geschlagen worden, aber die arme Rechtsführer werden mit zehen tausend Plagen angegriffen, denn sie über alle Plagen darzu ihre Seele in die Cansley begraben, und doch das Guth, darum sie Rechten nicht erlangen. Ac tandem haec addit: daß derjenige, welcher seinem Feinde übel wünschen, und sich an ihm rächen will, ihm nicht wünschen soll, daß er möchte arm, verfolgt und vertrieben werden, oder daß er unter die Feinde gerieth, oder stürbe, sondern er solle blösllich Gott bitten, daß er ihm einen Rechtshandel am Hals hänge, &c. Add. de incommodis litium eleganter & copiose differentem CARPZ. *Ipr. for. p. 1. C. 1. def. 9.* Atque hinc saluberrimo consilio in omnibus fere Europae prouinciis statutum nouimus, vt antequam processus litigiosi via aperiat, iudices lites amice componere, & partes ad concordiam perducere tentent. CARPZ. *d. C. def. 10.* Id quod etiam electores circa controuersias inter se ortas obseruari maluerunt. Omissa tamen hac amica tractatione processum haud quamquam nullum esse, tradit PRÜCKMAN. *Vol. 1. conf. 42. n. 1. seq.* Protocolla quoque super tentata concordia conscripta postmodum ad decisionem causae allegari, vel allegata attendi non debent. *ESBACH. in not. ad CARPZ. d. C. 1. def. 10. n. 12.*

## §. XXI.

An ipsarum litigantium personarum praesentia in iudiciis sit necessaria? non inutiliter vulgo quaeri solet. Sunt sane nonnulli actus iudicarii ita comparati, vt procuratorem haud admittant, videlicet si

E 2

causa





causa tractetur criminalis, cuius poena ad relegationem extendi potest, *pr. §. 1. I. d. publ. iudic.* nisi reus litem iam contestatus fuerit, *l. 13. C. ad. L. Iul. d. adult. l. 33. §. 2. d. procur.* aut absentiae causas allegare velit, *CARPZ. pr. Cr. p. 3. qu. 105.* id quod etiam ex parte actoris de iure ciuili asserendum est, *l. 1. an per al. caus. appell.* licet id hodie non obseruetur. *Ord. Crim. art. 12.* In causis quoque iniuriarum, si criminaliter agatur, personis tantum illustribus procuratores constituere permissum, *l. fin. C. d. iniur.* quod itidem hodie est immutatum. *CARPZ. p. 2. qu. 95. n. 50.* Sic & in popularibus actionibus actor ante L. C. non dabat procuratorem, *l. 42. pr. d. procur.* nisi causa speciatim ad ipsum spectaret *l. 45. §. 1. eod.* & denique in causis matrimonialibus, secundum iuris Sax. dispositionem, procurator interuenire nequit, *CARPZOV. Ipr. Conf. lib. 3. decis. 31.* quibus addi potest iuramenti praestatio, quod personalissimum vocari assolet, & hinc in foro Sax. personaliter, non per mandatarium praestari debet, siue illud sit iudiciale, siue necessarium, siue calumniae *CARPZ. p. 1. C. 12. def. 39. §. in Proc. tit. II. art. 2. n. 32. RICHTER. dec. 62. n. 35.* Extra hoc vero casus nemo prohibetur, causam quam habet, in iudicio vel per se, vel procuratorem orare & tractare, etiam si ea sit famosa. *l. 1. an. per al. caus. appell. l. 2. d. obsequ. par. praest. l. 6. §. 2. d. his qui not. inf.* Mirum igitur non est, quod electores permiserint lites suas coram collegio suo etiam per procuratores sufficienti mandato instructos proponere & deducere, verb? *durch sich selber persönlich, oder ihre vollmächige Anwälde.*

XXII.

Annon vero expediat principibus, si ad compositionem



sitionem hanc amicam ipsimet personaliter compareant, & concordiam cum parte aduersa tractent? a politicarum rerum scriptoribus disquiritur. In bello namque praesentiam ducis militibus robur animi addere, & ad victoriam reportandam multum conducere, exempla quam plurima commonstrant, vid. CANONHERIVS *in discurs. polit. ad Tacit. annal. lib. 1.* At vero, vt principes ad pacis & concordiae negotia pertractanda personaliter conueniant, consultum minime esse, putant DD. BRUNNEM. *d. pac. politic. dissert. 1. th. 12.* & *dissert. 6. th. 3.* de RHETZ. *disp. iur. publ. d. Pace. cap. 4. n. 13.* Qua de re pluribus agit STRYCK *diss. d. iur. praesent. circ. negot. imp. cap. c. n. 148. seqq.*

## §. XXIII.

Quod de litigantibus dicitur, illos nimirum per alios causas controuersas pertractare posse, illud de personis, quae iudicum vices gerere debent, pariter hic asseritur, quatuor scilicet electores, vel ipsorum excellentissimos consiliarios munere audiendi partium allegationes, & concordiam tentandi perfungi valere. Cum enim austregis legalibus potestas delegandi constitutionibus imperii sit concessa, vtique eandem facultatem sibi merito vindicant hae austregae electorales & conuentionales perpetuam cognationem cum reliquis legalibus habentes. Imo quemadmodum liberum fuit electoribus, mutuo consensu austregas ad discussionem suarum controuersiarum constituere, ita quoque modum procedendi introducere ipsis haud potuit denegari. Atque hinc, si quaeramus, num austregis hisce ordinaria competat iurisdictio, an delegata? non absurde posterius asserendum esse putamus. Etiam si enim austregae





istae electorales cum austregis legalibus per omnia fere conueniant, & vero his ordinaria iurisdictio communi DD. calculo competat, LIMNAEVS *lib. 9. iur. publ. cap. 5. n. 44. seqq.* SCHVBHARD *d. austreg. cap. 6. n. 121. seqq.* STRYCK *diss. d. Process. austreg. §. 5. seqq.* RV-MEL. *ad A. B. p. 2. dissert. 1. corroll. 6. dissentiente licet* GAIL. *lib. 1. Obs. n. 1. 52. & Obs. 33. n. 3.* SCHÜTZ. *Vol. 2. Exerc. iur. publ. 3. th. 12. lit. c.)* cum tamen potestas iudicandi electoribus tributa non a lege, sed a libera conuentione partium dependeat, quae, perinde vt quilibet mediatus & priuatus imperii ciuis in arbitrium quendam compromittere potuerunt, praeterea quoque facultas delegandi iisdem denegetur, quilibet facile agnoscit iurisdictionem austregis hisce tributam haud esse ordinariam, imo ne delegatam quidem, si proprie loqui velimus, sed talem, quae vulgo compromissariis competit, quorum tamen cum austregis nostris haec intercedit differentia, quod haec semper certae sint, approbatae, & ab imperatoribus confirmatae, illi vero incerti & inuiti ad arbitrium dicendum cogi nequeant, *l. 3. §. 1. d. recept. vid. SCHÜTZ. Colleg. iur. publ. Vol. 2. Exerc. 3. th. 3. lit. c.*

## §. XXIV.

Sic igitur amica compositionis via, antequam processus legalis instituatur, arrisit serenissimis electoribus. Quod si vero concordia hac ratione obtineri nequeat, modum tractandi controuersias mutuo consensu determinare ipsis visum fuit, vt ita per sententiam lis demum finiri & decidi queat. Ita vero de eo conuenerunt, §. 5. *Wo aber dieselbigen Spanne und Mängel nicht also in der Freundschaft und Güctigkeit vertragen oder hingelegt werden möchten, sol-*  
len



len die vier Verhörer aus uns, oder derselben treffliche Rätthe alles, was sie von beyden Theilen obgenandter maßen gehöret, und empfangen haben, zu sich nehmen und behalten, und sich ein jeglicher unter den vieren mit seinen gelehrten und ungelehrten Rätthen, und andern Verständigen, nach ihren Gutbedüncken berathschlagen, und je einer dem andern seinen und seiner Rätthe, und der andern Rathschlag in zweyer Monatsfrist, nach dem Beschluß der Sachen zu erkennen geben. Und so sich die Rathschläge einander nicht vergleichen würden, alsdenn ihre treffliche Rätthe an der obgenannten vier Mahlstätte eine schicken, sich des endlich und einträchtiglich haben zuentschließen, das soll in eine Schrift gestelt werden, und darnach die vier aus uns die beyden Partheyen vor uns, oder unsere treffliche Rätthe obgemeldter Mahlstätte eine Urtheil aussprechen zuhören ersodern, daselbst auch die Partheyen durch sich selbst, oder ihre Vollmächtige Anwäldt erscheinen, und Urtheil auszusprechen begehren, und dann alsbald die Urtheil öffentlich verlesen werden sollen, und wie dieselben ausgesprochen, und einhalten werden, darbey soll es strack bleiben, davon kein Theil appelliren, recurriren oder reduciren soll in keine weiß; Sondern wir, alle Churfürsten, wollen dasselbige, so viel einen ieglichen berühren wird, annehmen, getreulich und gänglich halten. Als wir diß auch iezo als dann, und dann als iezo in Krafft dieses Brieffs, mit unsern guten Wissen und Willen annehmen, und ein Volg thun wollen, ohne alle Weigerung und Gefährde.

## §. XXV.

Quomodo sententia a iudice sit ferenda tum legibus ciuilibus, tum sacris canonicis saluberrime praescribitur. Ita enim Eleutherius Papa in *can. 11. caus.*

30. qu.





30. qu. 5. Iudicantem, inquit, oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere; interrogandi, respondendi, obiiciendique praebita patientia ab eo, ut ibi actio ambarum partium illuminata sit pleniter: nec litigantibus iudex prius velit sua sententia obuiare, nisi quando ipsi iam peractis omnibus nihil habeant in quaestione, quod proponant: & tandem actio ventiletur, quousque ad rei veritatem perueniatur: Frequenter interrogare oportet, ne aliquid praetermissum forte remaneat, quod annecti conueniat. Neque enim, ut imp. Dioclet. & Maximian. in l. 7. C. d. sent. & inter loc. scribunt, vox omnis iudicis iudicati continet auctoritatem, cum potestatem sententiae certis finibus concludi, saepe constitutum sit: & perpetuo hoc ordinandum crediderunt Valent. Valens & Gratianus, ut iudices, quos cognoscendi & pronunciandi necessitas tenet, non subitas, sed deliberatione habita post negotium sententias ponderatas sibi ante forment, & emendatas statim in libellum secuta fidelitate conferant. l. 2. C. d. sentent. experic. recit. Nam sententia, quae non a discretionem, matre virtutum, sed a nouerca iustitiae, voluntaria scilicet iudicantis praecipitatione processit, partus deteriores habet, prout loquitur Pontifex in Clem. 2. d. sent. & re iud. Idem igitur optimo consilio electores nostri hoc. §. inculcant austregis suis & ab his delegatis consiliariis, secuti hac in parte sapientes Graecos, qui, cum ad sententiam vrgerentur, antequam de causa plene liqueret, responderunt; patres suos solem apud antipodes non vidisse, sed expectasse semper, donec & ipsis oriretur, quod ex Ventur. d. Valent. in parthen. litig. l. 1. c. 12. n. 24. refert. CARPZ. p. 1. const. 26. def. 12. n. 3. Atque hinc recte sententia praecipitanter & non cognita prius sufficienter causa pronunciata, pro nulla habetur, quamuis  
eam



eam imperator vel papa tulerit. VVLTEI. *Vol. 2. Conf. Marp. 30. n. 110. FVLGOS. conf. 165. n. 1. ALEX. IMOLA de TARTAGN. Vol. 1. conf. 31. n. 2. Add. BACHOV. ad Trentl. Vol. 2. Disp. 23. th. 3. lit. c. d.*

## §. XXVI.

Magistratus Romanorum quondam suos habuisse assessores, seu consiliarios, qui ius ipsis suggererent, ex *l. 1. d. offic. adsess. l. 7. C. eod. l. 9. §. 3. quod met. caus. Nou. 60. cap. 2. pr.* aliisque iuris ciuilibus notum est. Quoniam enim ipsi magistratus plerumque arma magis, quam iura nouerant, adiutores quasi sui numeris sibi assumere prudenter decreuerunt, inprimis cum omnis potestas adminiculis quibusdam egeat, quorum consilio regatur. STRVV. *S. I. C. Exerc. 4. th. 46.* Hinc Adrianus imperator, atque Alexander Seuerus, quamuis ipsi exactissimam iuris cognitionem haberent, nihil tamen fere sine assensu & consilio iuris consultorum statuendam iudicauerunt. *l. 30. d. excus. tut.* Atque ea de causa Palladem Ioui affidere finxerunt poetae, innuentes principi adesse debere consiliarios. HILLIG. *ad Donell. lib. 18. cap. 2. lit. b.* Add. STEPHAN. *d. iurisd. lib. 3. cap. 10.* Idem sibi quoque factitandum crediderunt electores, atque hinc non suomet ingenio stare, sed consiliarios suos ad deliberationem adhibere ipsis placuit & per illorum operam feliciter controuersiarum finem inueniri posse crediderunt; integrum enim utique est iudicium, quod plurimorum sententia comprobatur, *cap. 21. d. offic. deleg.* qua de causa princeps in iure non errare dicitur, propter multitudinem sapientum, qui illi semper adstant. TVSCH. *pract. concl. tom. 2. lit. C. concl. 764. n. 3.*

F

§. XXVII.





## §. XXVII.

Cum vero in omnibus principum consiliariis eruditio requiratur & scientia, non immerito scrupulum alicui iniicere posset, quod hic §. 5. dicitur, electores, tanquam constitutos arbitros deliberationem cum consiliariis suis, tam doctis, quam indoctis instituere debere, mit seinen gelehrten Râthen, nach ihren Gutbedüncken berathschlagen. Verum per indoctos hoc loco intelligi eos, qui non sola eruditionis laude clari habentur, sed insimul ob natalium splendorem ad dignitatis hoc fastigium euecti fuerunt, facile ex eo colligitur, quod hodiernum tum in summo imperatoris iudicio aulico, tum aliis quoque principum curiis duo ordines assessorum constituti reperiantur, quorum alii in scamno nobilium, auf der Adelichen Banc, alii in scamno literatorum auf der gelehrten Banc, confidere dicuntur. Adeoque non putandum est, quasi illis, qui ex equestri ordine ad consiliariorum munus assumuntur, literarum expertibus esse liceat, sed distinctionis saltem gratia hanc appellationem fuisse receptam: generatim enim, quoad iudicium caesareum aulicum in ordinatione istius iudicii *Tit. 1.* requiritur, daß alle diese Râthe der Reichs- und andern Sachen, so für dieselben kommen müssen, so wohl auch zum Theil der Nationen und Sprachen, so an dem Kaysersl. Hofe Recht suchen, so viel möglich erfahren, guten theils der Rechten gewürdiget, und doch sonst in denselben ziemlich fundiret und gelehrt seyn sollen. Ceterum in collectione votorum hanc methodum seruari, praecipit die Reichs- Hofraths- Ordn. d. an. 1614. tit. 4. §. und weil uns dann ic. vt in causis statum publicum concernentibus & quae his sunt



sunt similes, sententia equestris ordinis prior exquiri, in causis vero ad iustitiam spectantibus, literatorum priores partes esse debeant, verb. Und dieweil auch in diesem unsern Raths-Mittel herkommen, daß zwischen den Fürsten, Grafen, Herrn und Ritter-Standes Personen, und andern, so als gelehrte Diener, ein Unterschied gehalten, und dieselbige auf zwei Bäncke abgetheilet worden, dabey wir es denn auch verbleiben lassen, so soll gleichwohl unser Praesident oder Ampts-Verwalter diese Aufsicht haben, daß in Sachen die Iustitien und Rechten, mit Frag der ersten Stimm an den Gelehrten, aber Staats-Lands und dergleichen Sachen, an den andern angefangen werde. Sed hoc ipsum vsu non seruari, testatur ab ANDLER. *iurispr. lib. 2. tit. 1. p. 1. n. 29.* & VFFENBACH. *d. iudic. aulic. caesar. cap. 6. subiect. 11.*

## §. XXVIII.

Quid circa discrepantiam suffragiorum obseruandum sit, in iure tam ciuili quam canonico vulgo traditur: in delegatis namque iudicibus praefertur ea sententia, quam delegans confirmat: *l. 28. d. sent. Et re iudic. re iudic. cum qua consonat cap. fm. eod.* In ordinariis vero iudicibus ciuilia iura volunt, vt quae numero vincit sententia, eadem rationis quoque pondere superior esse existimetur; *l. 19. ad municip. l. 160. §. 1. d. reg. iur. l. 46. C. d. decurion.* Et licet ius canonicum circa electionem diuersum quid inducere tentauerit, constituens, vt suffragia non plura, sed saniora attendi debeant, *cap. 42. Et 48. d. elect. attamen per decretum concilii Tridentini Sess. 25. d. regularib. c. 6.* hoc abrogatum videtur, ita vt pars sanior praesumatur, quae & maior. BARBOS. *ad d. cap. 42. n. 27. in fm.* Idque merito in qualibet fere consultatione hodie





feruatur, vt nimirum partis numerosioris ratio habeatur, tum propter publicam vtilitatem; quoniam salutaria consilia nunquam bono fine essent potitura, nisi in opinionum dissidio in plurium tandem eatur sententiam, & concordia nunquam esset speranda, dum quisque suum votum putaret sanius & ponderosius. BECKER *synops. iur. publ. lib. 4. c. 1. n. 13.* LIMN. *iur. publ. lib. 9. c. 1. n. 176.* MEV. *ad ius Lub. lib. 1. tit. 1. art. 2. n. 14.* tum ad absurditatem euitandam, quoniam nisi in collegiis secundum maiora vota procederetur, frustraneus esset tot senatorum aut assessorum numerus, & plerique istorum dicis saltem gratia adhiberentur. Vid. DITHER. *in continuat.* BESOLDI *thes. pract. verb. meiste Stimmen.* Quod si vero paria iudicantium suffragia existant, eam partem vincere, quae fauorabilem, veluti matrimonii, dotis, testamenti, libertatis aut pietatis causam tuetur, ICTUS ait in *l. 38. d. sent. § re iud.* nec non pontifex in *cap. fn. eod.* Imo, si cetera omnia sint paria, vincit reus, quippe cuius partes habentur fauorabiliore, *l. 125. d. Reg. iur. CARPZ. p. 1. C. 27. def. fn.* Et haec quidem in arbitris quoque compromissariis ita se habere certum est vt, nim. maioris partis sententia praeualeat, *l. 27. §. 3. d. recept. arb.* Aliud autem dicendum, si quilibet ipsorum peculiarem sententiam dicat, aut vota sint paria, neutrum enim tunc valebit, STRVV. *S. I. C. Ex. 8. tb. 102 in fn.* adeoque negotium controuersum denuo in discussionem est deducendum, vsque dum vel omnium vel plurium consensus emergat, vti hoc etiam in imperii comitiis vsu venire, docet ARVMAEVS *d. comit. cap. 7. n. 78. § cap. 8. n. 93.* Diuersum tamen ab his omnibus



bus disponitur, in vnionis electoris hoc §. 4. vbi vnanimia iudicantium vota ad decisionem controuersiarum inter electores ortarum requiruntur: Ita enim legitur: Und so sich die Rathschläge einander nicht vergleichen würden, alsdenn ihre treffliche Rätthe an der obgenandten vier Mahlstätte eine schicken, sich des endlichen und einträchtiglich haben zu entschliessen. Non igitur maiora, nec saniora, sed vnanimia vota hoc in casu exiguntur: quod quidem obtentu non adeo videtur esse difficile, cum quatuor personarum voluntas citius in consonantiam redigi queat, quam coetus numerosioris: & in aliis praeterea quoque imperii negotiis, electorum non plurium, sed singulorum consensus requiritur, vt est introductio nouorum vectigalium aut veterum auctio, nec non concessio stapulae, in quibus vnanimis singulorum electorum conclusio desideratur, per *capitulat. Leopoldi, art. 21. & Iosephi art. 20.*

## §. XXIX.

Ex collatis igitur hac ratione & conciliatis iudicantium suffragiis, sententia est concipienda & partibus litigantibus publicanda, de qua idem dispositum hic legitur, quod iure Romano hac de re est statutum. Nimirum, quemadmodum arbiter, qui semel officium recepit, illud recusare nequit, sed, vt sententia sua finem controuersiae imponat, per nobile iudicis officium cogi potest. *l. 3. §. 1. l. 32. §. 3. §. 12. d. recept.* Ita eandem pronunciandi necessitatem electores sibimet hac vnione imposuerunt. Quemadmodum etiam sententia partibus publicari, id est, ex periculo, seu breuiculo aut schedula, praelegi debet, *l. 2. 3. C. de sint. ex peric. recit. cap. fin. d. sent. in 6. sic*

F 3

idem





idem iniungitur hic iudicantibus, verb. und dann als bald die Urtheil öffentlich werden sollen. Ac demum, quemadmodum sententia publicata nullum effectum parit, nisi partes litigantes ad publicationem prius legitime fuerint citatae, *l. 47. d. sent. § re iud.* ita hanc quoque citationem non omittendam esse, disponitur, verb. die beyden Parthenen von uns oder unsere treffliche Rätthe, ein Urtheil aussprechen zu hören, erfordern. Horum quid si omittatur, sententia nullitatis vitio laborare dicitur, ac proinde partes minime obligat. *CARPZ. Proc. tit. 16. art. 3. per tot. § art. 4. n. 40.*

## §. XXX.

De effectu denique huius sententiae siue laudi arbitratorum, illud notandum, quod hac etiam in parte iuri communi electores semet adstringere voluerint, sancientes, nullam plane neque appellationem neque reductionem contra pronunciatum tale admitti, sed illud plenam perpetuam firmitatem obtinere debere verb. und wie dieselben ausgesprochen und einhalten werden, darbey soll es strack bleiben, davon kein Theil appelliren, recurriren, oder reduciren soll in feine weiß. Fundatur hoc placitum *in l. 23. §. 14. d. recept. l. 1. C. d. arbitr.* & obtinet iuris illud sancitum, etiam si arbitri sententia sit iniqua, adeoque ne quidem ad arbitrium boni viri reduci potest, *l. 27. §. 2. d. rec. l. 76. pro soc.* vid. *BRUNNEM. ad d. l. 1. Cod. MYNS. cent. 4. obs. 68.* *CHRISTIN. vol. 2. dec. 142. n. 3.* *PEREZ. in Cod. tit. d. arbitr. n. 14. nec ex l. 2. C. d. rescind. vend. oppugnari valet, arg. dd. l. 1. 8. C. d. resc. vend. CHRISTIN. vol. 2. dec. 143.* *HAHN. ad Wesenb. tit. d. recept. n. 7.* Licet autem Dd. communiter id limitent, atque arbitratorum laudum vim sententiae obligatoriam

non





non haberè statuunt, quando illud enormissimam laesionem continet, GAIL. *lib. 1. obs. 150. n. 9. ibique* GRAEV. *confid. f. n. BOCER. class. 6. Diss. 27. th. 86. aut turpe aliquid iubet, aliaue ex causa nullum est, l. 27. §. 7. & 8. d. recept. aut ex gratia, vel amicitia, vel per fordes latum l. 32. §. 14. d. 1. l. 3. C. eod. aut partes iniquitatis querelam sibi reseruarunt. MYNS. cent. 4. obs. 68. videtur tamen, quod nihil harum exceptionum admittere voluerint electores, dum expresse talibus remediis renunciarunt, per generalem clausulam: *In keine Weiß: addito hoc compromisso: sondern wir alle Churfürsten wollen dasselbige annehmen, getreulich und gänzlich halten.* Clausula enim ista: *keines weges, siue nullo modo, postposita negationi, est vniuersaliter exclusiua, & omnem aufert facultatem in contrarium quicquam faciendi, Gloss. in Auth. Si qua mulier. C. ad SC. Vellei. TIRAQUELL. d. reuoc. donat. verb. reuertatur. n. 92. Add. RICHTER. d. signif. adverb. verb. Nullatenus.* Quin & fieri non potest, vt sententia horum arbitratorum iniquitatis argui queat, aut reductionem aliquam patiat, quae iuxta praescriptum in vnione modum, facta suffragiorum collatione tamdiu discussa & ventilata fuit, vsque dum omnium concors consensus emerferit, vt sic exceptiones enarratae laudoque arbitri alias obstantes, vix ac ne vix quidem hic locum inuenire possint.*

## §. XXXI.

Haecenus de causis electorum & controuersis priuatis componendis actum: sequuntur iam cauae ipsorum publicae, terras, prouincias, iuraque huiusmodi adhaerentia concernentes, de quibus ita disponere eis placuit, §. 6. *Und were es Sach, daß iemand, wer*



wer der were, niemand ausgenommen, einigen unter uns, von seinem Churfürstenthum, Herrlichkeiten, Herrschafften, Freyheiten, Pfandschafften, Gerichten, geistlichen oder weltlichen Aemptern, Zöllen, Geleiten oder Rechten tringen, oder mit Gewalt überziehen, bekriegen, verunrechteten oder verbarren wolte, der oder dieselben, denen solches begegnet, mögen solches die andern an uns gelangen lassen, und derhalben einen Tag in der obberührten Statt eine, welche ihnen beliebet, benennen, dahin wir auch persönlich, oder welcher aus redlicher Ehehafft, die er auf seine Wahrheit mit seinem Brieff und Siegel bekhewren soll, persönlich zu kommen, verhindert würde, sein vollmächtig Bottschafft schicken, und nicht ausbleiben sollen, und alsdann rathschlagen und handeln, wie und welcher maß sollich Beschwerung oder Verunrechtung abgewendet werden soll und möge. Und was wir, so persönlich erschienen, und deren Rätthe, so persönlich zu kommen (wie obstehet) verhindert weren, im Rath vor das beste ermessen und beschliessen, darben sollen wir einer Handhabung, Hülff und Beystand zu thun schuldig seyn, wie denn auf solchen Tag durch uns für gut angesehen und beschlossen wird. Wir mögen auch unsern allergnädigsten Herrn dem Römischen Keyser darinnen anrufen, uns darben zu handhaben und zuhalten.

## §. XXXII.

Dicitur in hoc §. 6. de violentia vni vel alteri electorum, ratione prouinciarum aut regalium ab eis possessorum, illata vel intentata. Peruersus enim mos superioribus saeculis Germaniam inuaserat, vt si quispiam ius aliquod, siue reale siue personale, aduersus alterum se habere putaret, id haud quaquam actione in iudicio, sed propria autoritate & manu  
pro-



prosequi, & ab altero id, quod sibi debebatur, per vim extorquere auderet: vocabatur illud *das Faust- und Kolben-Recht*, de quo latius agunt RITTERSHVS. *part. 2. feud. lib. 2. cap. 10. qu. 28. seqq.* GOTH. ANTONII *Disp. feud. 15. th. 6. lib. b.* Hinc non monomachiae solum & duella inter priuatos permessa, sed personae quoque illustres, imo ipsi imperii proceres, ob tales causas aliis bella inferebant, & armis id postulabant, quod iudicis auxilio impetrare obstricti erant. Hinc intestini motus, frequentes diffidationes, clanculariae inuasiones, direptiones, depraedationes, imo caedes aliaeque nefandae actiones oriebantur, quibus tota imperii compages miserandum in modum deuastabatur & fere concidebat, vt ita peculiari lege publica malis hisce occurrere, innocentiam inter improbos tutam reddere & nocendi facultatem seuerissimis poenis refranare, insimulque supremo magistratui auctoritatem suam restituere quam maxime fuerit necessarium. Factum id est, primo, a gloriosissimo imperatore Maximiliano I. qui iudicio camerali in comitiis Wormatiensibus *an. 1495.* instituto, concordii statuum imp. suffragio, *eod. an. die 7. Aug.* constitutionem de sibi inuicem vim publicam non inferendo, sub nomine, *Königl. Land-Friedens* promulgauit, eamque Augustae Vindelicorum *an. 1500.* repetiit, superadditis quibusdam capitibus. Secutus hunc postea Carolus V. ea, quae Maximilianus hac in parte constituit, non solum approbavit, sed & in diuersis comitiis auxit, vti constat *ex Recess. Wormat. d. an. 1521. Norinbergensi, d. an. 1522. Augustano d. an. 1548. Ratisbonensi d. 1547. & iterum Augustano, d. an. 1559.* quibus omnibus colophonem quasi

G

addidit





addidit Maximilianus II. per *recessum Augustanum an. 1566.* & *Spirensen an. 1576.* nec non Rudolphus II. in *recessu an. 1589.* Inter varia harum constitutionum capita hoc quoque continetur, ne quis alterum possessione sua, regalibus, iurisdictione, ac aliis quibuscunque bonis aut iuribus, armata manu factoque violento priuet, poena capitis, si deliquens apprehendi queat, & banni imperialis, si absens fuerit, contra eos statuta, qui legem hanc dolose violauerint.

## §. XXXIII.

Etiam si vero variis hisce iisque saluberrimis sanctionibus iam tuti fuerint electores, neque vim facile a quopiam extimescere necessum habuerint; peculiari tamen pacto contra maleuolorum insultus sibi magis prospicere voluerunt, atque hinc mutuam defensionem & auxilium, non quidem ad vim illatam reprimendam, quod vnicuius iure est permisum, sed ad remouendum potius iniquum propositum per amicam transactionem, sibi inuicem promiserunt, rati controuersias & bellum exortum facilius amicorum interuentu, quam strepitu iudiciorum, aut armorum fragore componi posse. Omnia enim prius consilio, quam vi tentari debere, grauissime monet SALVSTIVS *d. bell. Catilin.* Eum in finem itidem vel in persona, vti loquuntur, vel missis suis nuntiis & mandatariis, in vna ex supra memoratis Imperii liberis ciuitatibus conuenire, rem omnem in deliberationem deducere, & vt omne damnum vnicuius illatum reparetur, atque ius suum reddatur, pro viribus se annisuros esse stipulati sunt, verb. *und alsdann rathschlagen und handeln, wie und welcher maß sollich Beschwerung oder Verunrechtung abgewendet werden soll, und möge.*

## §. XXXIV.





## §. XXXIV.

Ceterum cum temeratores legum, atque alienorum bonorum inuasores, non semper admonitionibus & dehortationibus aures praebere, sed in maligno proposito haud raro contumaciter persistere soleant, in hunc euentum merito electores illa remedia sibi reseruarunt, quae in publicis imperii constitutionibus prodita sunt, implorationem nimirum summi iudicii, & querelam super fracta pace publica, verb. Wir mögen auch unsern allergnädigsten Herrn den Römischen Keyser darinnen anruffen, uns darbey zu handhaben und zu behalten. Promisit quippe imperator *in d. constit. vom Land-Frieden d. an. 1548.* se per iudicium suum aulicum aut cameram imperialem contra violatores huius constitutionis sententiam pronuntiaturum totam de damnis laeso reparandis, quam poena delinquentibus inferenda, ita quidem, vt pacifragi proscribi, seu in bannum imperialem incidere, ac praeterea poenam pecuniariam bis mille marcarum auri puri, inter fiscum & accusatorem diuidendam, exsoluere, nec non omnibus priuilegiis ab Impp. concessis priuari debeant, capitis quoque supplicium, si praesentes capi possint, subire teneantur. In arbitrio tamen actoris est, an ad poenam fractae pacis, & simul ad restitutionem damni, an separatim ad vnum illorum agere velit, *Ord. cam. p. 2. tit. 9. SCHV TZ. Vol. 2. Disp. iur. publ. 4. th. 8.*

## §. XXXV.

Illud saltem, quoad prosequendam hanc actionem contra pacifragos, obseruatu dignum est, quod, licet ius canonicum omnes clericos, cuiuscunque sint dignitatis vel gradus, ab accusatione criminali





& sanguinaria, tanquam muneri contraria, arceat, in tantum, yt iis, qui tale quid suscipiunt, irregulares fiant, & honore locoue moueantur, *tot. tit. ne cler. vel monach. secul. neg.* In nostro tamen imperio, episcopi atque praelati iurisdictionem & regalia immediate ab Imperatore tenentes, hanc accusationem instituere possunt, sub hac clausula, *von wegen des heiligen Reichs Rechten und weltlicher Obrigkeit.* *GAIL. d. pac. publ. lib. 1. cap. 8.* Reliqui igitur clerici, qui status imperii non sunt, neque immediate imperio subiecti, accusationem eiusmodi criminalem super turbata pace publica instituere nequeunt, sed ciuilitur illis tantum ad restitutionem bonorum ablatorum damnique accepti reparationem agere permittitur, *SCHÜTZ, Vol. 2. d. Disp. 4. th. 5. lit. a.*

## §. XXXVI.

A priuatis causis in vnione hac comprehensis, progrediuntur electores ad negotia publica, quae vel ecclesiastica sunt, & religionem concernunt, vel saecularia, & ad statum politicum pertinent. Inter illa eminent quam maxime haeresis, schisma circa fidem, aut aliud quid, per quod tranquillitas ecclesiae turbatur. De his ita disposuerunt *in §. 7.* *Wäre es auch, daß einiger Unglaub, Schisma, oder andere widerwärtige Empörung oder Sammlung wieder die Römische Keyserliche Majestät oder andere Obrigkeit in der Christenheit oder dem Reich entstünde, (da Gott vor sey) so sollen und wollen wir uns darinn zusammen fügen, mit unsern geistlichen und weltlichen Rätthen, auf einen Tag gen Maynz, Franckfurth, Seilnhäusen oder Sulda, den dann ein Erzbischoff zu Maynz, der zu Zeiten ist, an der Statt eine darumb bescheiden solle, und daselbst*



dasselbst mit einander zum besten handeln, wie uns, nach gestalt der Sachen, der Christenheit oder dem Reich zu Nutz oder nothdürfftig anstehen wird, ohne Gefährde.

## §. XXXVII.

Per verbum, Unglaub, hic intelligi *haeresim*, firmiter nobis persuasi sumus. Etiam si enim vox, Unglaube, siue *infidelitas*, proprie apostasiam designet, quando sc. quis susceptam semel fidem christianam penitus deserit, & ad paganismum, Iudaismum aut Mahometis impietatem transit, *can. 24. caus. 2. qu. 7.* de hac tamen haud quaquam hic agi, ex eo colligitur, quod curam vniuersae ecclesiae electores in se recepisse videntur; difficile vero est, imo fere impossibile, totam ecclesiam in apostasiam prolabi, licet vnus vel alter priuatorum forsan ad eam induci queat. Ab apostatis autem differunt *haeretici*, a graeco *αἱρετικοί* quod est *eligo*, ideo dicti, quod eam sibi doctrinam eligant, quam meliorem esse existimant, adeoque a fide catholica non ex toto, sed ex parte saltem deficiunt. ANDR. VALLENS. *paratit. decret. d. apostat.* Et horum quidem ingens saepe numerus in republica deprehenditur, dum vnus alteri opinionem suam erroneam imprimit, atque ita hoc malum sensim latius serpens totam saepe inficit prouinciam, vt hinc eidem tempestiue occurrere, quam maxime principis probi officio conueniat, *cap. 13. §. moneatis. d. haeret.* Germanico idiomate vocantur *Reher*, a *Gazaris*, forte, (de quibus est *Auth. Gazaros. C. d. haetic.*) vti putat GRETSEVS *in prolegom. scriptor. contr. sect. Waldens. cap. 2.* vel ab antiquo Germanorum vocabulo, *Rehern*, quod idem est ac *diuidere*, quasi Dei populum diuidant & ab ecclesia sancta distrahant. ZAHN





*d. mendac. lib. 1. cap. 32. n. 1.* vel, prout quidem vult *der Spate*, im teutschen Sprach = *Schase*, verb. *Reher* a vocabulo *Rette*, quia haeretici se ab erroribus suis alligari patiuntur, atque sectarii sectariis arctius adhaerent, quam catenarum annuli.

## §. XXXVIII.

Quinam vero haeretici dicendi sint, non vsque quaque inter Doctores conuenit, dum illi, qui pontificiam religionem amplectuntur, omnes pro haeticis habendos esse, contendunt, qui quouis modo a fide catholica, quam Romana profitetur ecclesia, deflectunt & dissentiunt, *DESSEL, Erotem. iur. can. lib. 5. tit. 7. quaeft. 2.* alii contra rectius edocti, & gloriosissimum imperatorem nostrum Iustinianum sequentes, illos demum haeticos vere nominari posse, aiunt, qui dogmata fidei in quatuor conciliis generalibus, Nicaeno, Constantinopolitano, Ephesino primo & Chalcedonensi tradita non agnoscunt, *l. 8. C. d. haeret. Nou. 115. cap. 3. §. 14. MATTH. VVESENBEK. in parat. Cod. d. haeret. n. 1.* Imo quoad affectum iuris, neque Lutherani, neque pontificii haeretici putandi sunt, cum in pace religiosa, an. 1555. communi procerum imperii consensu promulgata, vtraque religio, Lutherana & catholica siue pontificia, in imperio permittatur, & ab vna ad alteram liber transitus concedatur absque bonorum, famae vel honoris iactura. *CARPZ. p. 3. C. 14. def. 10. n. 14.* quibus hodie reformata quoque, vti vocatur, adiungitur, per expressam sanctionem *instrum. pac. Caesar. Suec. d. an. 1648. §. 7.* vbi ita disponitur: *vt quicquid iuris aut beneficii, cum omnes aliae constitutiones imperii, tum pax religionis & publica transactio, in eaque decisio grauaminum caeterisque*  
catho-



catholicis & Augustanae confessioni addictis statibus & subditis tribuunt, ita etiam iis, qui inter illos Reformati vocantur, comperere debeat.

## §. XXXIX.

De schismate iam supra §. 19. quaedam dicta fuerunt. Hic illud saltem notamus, differentiam esse inter schismaticum & haereticum. Etiam si enim nullum detur schisma, quod non haeresin quandam sibi fingat, eo fine, vt schismaticus recte ab ecclesia discessisse videatur, prout obseruat HIERONYMVS allegatus in *can. 26. caus. 24. qu. 3.* Proprie tamen schismaticus dicitur, qui nullum prauum dogma sequitur, sed solum se ab ecclesiae vnitae separatur; haereticus vero peruersam doctrinam fidei, contra ecclesiam orthodoxam pertinaciter defendit. *d. can. 26. vt hac ratione haeresis opponatur fidei, schisma vero charitati, L. B. de LYNCKER in anal. ad Dessel. Erot. iur. can. lib. 5. tit. 8. qu. 2.* Ex quo recte infert STRVV. *in addit. ad Dessel. d. qu. 2.* schismaticum, cum plerumque in rebus saltem indifferentibus erret, & inde semet ab ecclesiae communione seiungat, iisdem cum haereticis poenis non esse obnoxium, nisi simul in haeresin aliquam incidat.

## §. XL.

Hisce haereticis & schismaticis praeterea textu huius §. adduntur etiam seditiosi & rebelles, *wiederwärtige Empörung oder Sammlung*, quippe qui saepius occasione haeresium in republica insurgere solent, id quod historia Anabaptistarum superiorum saeculorum quam maxime comprobatur, qua de re videri potest SCHICKFVS. *Histor. Silesiac. lib. 4. cap. 35.* BVLLINGER. *contr. Anabaptist. lib. 1. c. 5. & lib. 2. cap.*



cap. I. SLEIDAN. *comm. d. relig. lib. 10: ad an. 1535. § 1536.*  
 MÜNSTER. *Cosmograph. lib. 3. cap. 462.* Et quidem  
 eo prauior est haeticorum impietas, si non saltem  
 peruersis suis opinionibus ecclesiam confundere, &  
 indoctam plebem, institutis eum in finem conuen-  
 ticularis secretis, in partes suas trahere, sed insuper et-  
 iam rempublicam ipsam armis oppugnare, atque ini-  
 quitatem suam nefario ausu defendere satagunt. Ne  
 igitur tale quid perpetretur, nec imperii salus in di-  
 scrimen vocetur, omnibus modis praecauere, idque  
 officii sui esse putarunt electores prudentissimi. Ne-  
 quaquam tamen decidendi arbitrium in causa hac  
 religionis sibi sumserunt iidem, sed de modo saltem,  
 quo imminens malum auerti queat, deliberare inui-  
 cem promiserunt, eaque concludere, quae pro ratio-  
 ne circumstantiarum christianae religioni & impe-  
 rio expedire visa fuerint. Hinc, si quaeratur, an hae-  
 retici poenis ad fidem orthodoxam cogi, aut, si in  
 peruersa sua doctrina persistant, mortis supplicio, af-  
 fici debeant? negatiue respondendum esse arbitra-  
 mur. Cum enim haeresis in errore intellectus con-  
 sistat, & vero magistratus in intellectum nullum im-  
 perium habeat, quiuis facile percipit, iniustam esse  
 omnem violentiam, qua princeps subditos suos ad  
 fidem perducere conatur. Vid. GERHARD. *locus*  
*theol. d. magistr. polit. n. 314. seqq.* CARPZ. *pr. crim. p. 1.*  
*qu. 44.* STRVV. *Iur. sacr. Iustin. tit. d. haeret. leg. 5.*  
 Hinc Stephanus Bathoreus, Poloniae rex laudatissi-  
 mus, vere & sapienter dicere solitus est, tria sibi re-  
 seruasse Deum: ex nihilo aliquid facere, scire futu-  
 ra, & dominari velle conscientis, annotante BER-  
 NEGGERO *obseru. histor. polit. 16.* Quod si vero haeretici  
 seditio-



seditionum semina in rep. spargere & ad tumultus subditos inuitare conentur, rectissime eos capitis supplicio affici debere, lubenter concedimus.

## §. XLI.

Singulare pietatis documentum hic notari meretur, quando electores haeresium & schismatum, nec non seditionum in imperio exoriendarum mentionem facientes, haec verba adiiciunt: *da Gott vor sey.* Veteribus quoque Romanis eiusmodi optandi & precandi formulas, quoties triste quid aut luctuosum sermoni istorum incideret, mali ominis, & euentus auertendi causa, in vsu fuisse, ex variis iuris nostri ciuilibus textibus constat. Inprimis vero haec verba adhibebant: *quod abominor*, cuius exemplum SCAEVOLA refert, in *l. 85. d. hered. instit. de testamento a Lucio Titio confecto* his verbis: *Titius frater meus ex assè mihi heres esto: si mihi Titius heres esse noluerit, aut (QVOD ABOMINOR) prius morietur &c. tunc Stichus & Pamphilus serui mei, liberi & heredes mihi aequis partibus sunt.* Hanc enim phrasin: *quod abominor*, idem significare, ac, *quod Dii prohibeant*, aut, *quod Deus auertat*, vel, *quod Dii auerruncent*, quibus loquendi modis aliis scriptores antiqui vtuntur, notat GOTHOFR. *ad d. l. n. 21.* Eandem formulam PAPINIANVS recenset in *l. 41. §. fin. d. vulg. & pupill. subst. de substitutione* sequentem in modum concepta: *Ille filius meus, si (QVOD ABOMINOR) intra pubertatis annos decesserit, tunc in locum partemue eius Titius heres esto.* Nec non iam laudatus SCAEVOLA, in *l. 88. §. 9. d. legat. 2.* vbi hanc cautionem in testamento scriptam fuisse, narrat: *Si (QVOD ABOMINOR) neque filia mea, neque nepos meus, heredes mei erunt, tunc portionem meam partis dimidiaae fundi*

H

illius





*illias ad libertos meos pertinere volo.* Imperator quoque Alexander in *l. 4. C. d. impub. & al. subst.* talem substitutionem a Firmiano sibi propositam refert: *Si mihi Firmianus filius, & Aelia uxor mea (QVOD ABOMINOR) heredes non erunt, in locum illorum Publius Firmianus heres esto.* Cum quo coincidit substitutio in Hierii testamento scripta, & ad Iustinianum imp. relata, in *nou. 159. pr.* quae post alia verba ita se habebat: *Si vero in uniuersum omnes aut aliqui, aut unus ex iis (QVOD ABOMINOR) sine liberis decedat, &c.* In graeco textu originario verba ista ita efferuntur: *ὅ μὴ γένοιτο, i. e. quod non fiat:* Voluit uero interpret Nouellae ea uerba latina retinere, quae in legibus tali in casu occurrunt, & hactenus sunt enarrata, inprimis cum ipse Iustinianus imp. eandem phrasin adhibere, haud sit dedignatus, quando in *l. 21. C. d. SS. Eccles.* alienationem uasorum sacrorum prohibens, haec subiicit: *excepta causa necessitatis & famis, in locis his, in quibus hoc (QVOD ABOMINOR) contigerit.* Aliam paulo, licet similem optandi formulam, gloriosissimus hic imp. usurpat in *Nou. 13. cap. 4. §. 1.* ubi de incendiis urbis arcendis agens, ita scribit: *Si vero aliquando contigerit, (HOC QVOD NON OPTAMVS) fieri aliquod hac in ciuitate incendium, siue, ut in authentico textu habetur: τὸ ὅπερ ἀπευχόμεθα.* Nec abhorret ab hac bene precandi consuetudine pontifex Nicolaus III. in *cap. 2. d. Iudaeis. lib. 7.* ubi, postquam methodum Iudaeos ad fidem euangelii perducendi praescripserat, de illis, qui uelut aspis surda aures incredulas obdurauerint, iubet, ut, si (*quod absit.*) aliqui tales inuenti fuerint, de istis, qui sint, in quibus locis, & sub quorum dominio commorentur, pontifici rescribatur. vid. BRIS-





SON. *d. formul. & solennit. lib. 7. pag. 682.* Plures eiusmodi abominationum formulas, apud gentiles vſitatas recenset STRVVIVS. *Differt. d. Inuocat. nom. diuin. lib. 31.* illisque addit eas, quae nostratibus adhuc de infortunio & infausto euentu loquentibus admodum sunt familiares: **Gott behüte uns dafür:** aut quando in pactis dotalibus & successoris mentionem futurae mortis facientes, in parenthesi addere solent: **das doch Gott in Gnaden lange Zeit verhüten wolle.** Item de diabolo sermonem facientes, **Gott sey bey uns.** Equidem IAC. VVOLFF. *in Scrutin. amulet. medic. cap. 4. sect. 1. p. 588.* omnes eiusmodi infaustum omen deprecandi formulas, veluti: **Gott gebe, daß ich es zur guten Stunde geredet habe: daß Jhr Gott gesegne &c.** tanquam vanas & aniles superstitiones reiicit: Veruntamen, si pro nostra & aliorum salute pium votum concipere licet, sane non videmus, cur animum nostrum omnes sinistros euentus auersantem, eiusmodi bene precandi formula declarare non sit permissum.

## §. XLII.

Vt vero consultatio de coercendis haeresibus & schismatibus eo feliciter procedat, opportuno tempore contra illas remedium quaeratur, archi-episcopo Moguntino potestas datur, conuocandi reliqua collegii electoralis membra. Quae quidem facultas non primitus hic eminentissimo huic praesuli concessa est, sed is eam iam ante, tanquam collegii decanus obtinet: hoc enim titulo ab imp. Sigismundo, apud LVNDORP. *tom. 1. act. publ. lib. 1. cap. 5. n. 22.* decoratur, & ab imp. Maximiliano I. in diplomate *d. an. 1498.* Oberster Churfürst salutatur: quin & ab Ot-





tonis I. tempore eum iam in summi pontificatus (respectu sc. aliorum Germaniae episcoporum) possessione constitutum fuisse, demonstrat CONRING. in *Affert. iur. Mogunt. in coron. reg. Rom. p. 10.* Confirmavit eidem hoc conuocandi coelectores antiquum ius imperator Carolus IV. in *Aur. Bulla cap. 1. §. 18. & cap. 4. §. 2.* Speciatim quoad actum electionis imperatoriae celebrandae, verb. *quotiens & quando deinceps sacrum vocare contingat imperium, & tunc Moguntinus archi-episcopus potestatem habebit, sicut potestatem habuisse dignoscitur ab antiquo, caeteros Principes ante dictos, suos in dicta electione consortes litteratorie conuocandi.* Licet enim nonnulli ex textu des *Sächs. Land-Rechts. cap. 27. §. 3.* Palatino & Moguntino coniunctim ius conuocandi ad eligendum imperatorem tribuant: alii vero hanc conuocationem olim ad totum collegium electorum pertinuisse, opinentur; hos tamen erudite & solide refutat LIMN. *ad A. B. cap. 1. §. 18. Obs. 2.* Vigore igitur huius directorialis muneris, facultatem conuocandi collegas ad conuentus quoque electorales, quoties necessitas & imperii vtilitas id exigit, Moguntino electori rectissime reliquerunt, ne videlicet ordo inter electores receptus turbetur, nec alter alterum in obeundo munere impediatur.

§. XLIII.

An vero sede Moguntina vacante, capitulum iure hoc conuocandi uti queat; dubium videtur, ex eo, quod in iure canonico capitulum sede vacante episcopum suum repraesentare dicatur, eaque exercere queat iura, quae episcopatu adhaerent, *cap. vn. d. maiorit. & obed. in 6. cap. 1. & 2. ne sed vacant. GAIL. 1. obs. 30. n. 10. 11.* Veruntamen cum ius istud conuocandi



uocandi tam ad electionem imperatoriam, quam ad alias diaetas, electori Moguntino non tanquam archi-episcopo, sed tanquam archi-principi tribuatur, ac praeterea capitulum non possit quicquam agere in his, quae ad eminentiam personae episcopalis pertinent, *d. cap. 2. ne sed. vac. INNOCENT. in cap. cum in cunctis. d. elect. n. 7.* merito capitulum a facultate hac conuocationis exclusum putamus, Vid. LIMN. *ad A. B. d. c. 1. §. 18. obs. 10.* inprimis cum ipsimet Electores *in sequ. §. 15. vnion. elect.* ea, quae alias Moguntino incumbunt, si ille moriatur & sedes vacet, non capitulo, sed Treuirensi, tanquam ordine proximo, expedienda committat.

## §. XLIV.

Ratione loci, in quo congressus institui & ad quem electores conuocari debeant, placuit istis vna ex vrbibus imperialibus aliisque municipalibus praestantioribus, Moguntia, Francofurtum, Gelnhusa & Fulda, quae ciuitates supra quoque §. 4. ad conuentus austregales destinatae fuerunt, idque fortassis ob vicinitatis commoditatem, & vt ad vnam vel alteram, si non omnibus, tamen plerisque, sine longi itineris molestia facilius detur accessus. Idem de Francofurto sanciuit imperator Carolus IV, illudque oppidum electioni Romanorum regis celebrandae nuncupauit, in aurea bulla, *cap. 1. §. 18. & cap. 28. §. 5.* ac praeterea Aquisgrani coronationem electi regis, vt & Norinbergae primam curiam instituendam esse, iussit, *d. c. 28. §. 5.* Quemadmodum vero a dispositione aureae bullae hac in parte non raro, non electores modo, sed & ipsi imperatores obsonticas causas recesserunt, aliumque locum tum ad electionem,





tum ad coronationem, nec non primam curiam habendam elegerunt, prout annotauit LIMN. ad A. B. cap. 28. §. 5. obf. 15. 16. 17. seqq. ita quoque electores non semper ad vnam praedictarum ciuitatum semet adstringi passi fuerunt, sed in aliis saepe oppidis, quae oportuna huic negotia visa, conuentus suos peregerunt; quo namque modo antea memoratae ciuitates ipsis sub initium pacti huius placuerunt, eodem etiam illae displicere, atque aliae in istarum locum mutuo consensu substitui potuere, l. 153. d. reg. iur. Ceterum de vrbe Francofurto ad Moenum eiusque elogiis & priuilegiis videatur. LIMN. Iur. publ. lib. 7. cap. 16. de Gelnhusa, idem lib. 7. cap. 20.

## §. XLV.

Post fidei causas, negotia publica statum saecularem & iura electoralia tangentia assumunt compaciscentes, atque de his ita disponunt §. 8. *It. sollen und wollen wir obgenandte Churfürsten in allen Sachen und Handlungen, die das heilige Römische Reich und uns Churfürsten, von des heiligen Römischen Reichs wegen, antreffen, als ob iemand, wer der were, nach dem heiligen Römischen Reich stünde oder stehen würde, und sich des unterwinden wolte, ohn unser aller obgenannten Churfürsten samtelichen Willen, Wissen und Verhängnuß, es wäre mit Vicariat oder anders, in welcher Weis das were, anders den vor Alters herkommen, oder ob es antrefte Bestätigung oder Bewilligung zu einigen Sachen zu geben, oder ob einige Rede, Theidung oder Werbung an einigen unsern obgenannten Churfürsten von der istgenannten Stücf und Artickel wegen käme; oder ob unziemlich schwerliche Mandata oder Gebott zu beschwerlichen Neuerungen oder unpflichtiger*



pflichtiger Diensten an uns in gemein oder sonderheit ausgiengen, von wem das were, oder wo das herkomme, darin sollen wir oder unser einiger nicht endlich Antwort geben, noch einigerley Beschliessung thun, wir thun es dann alle samtelich mit einander oder mehrer Theil.

## §. XLVI.

Varii in hoc §. 8. continentur articuli, totam imperii Romani Germanici compagem, & corpus, imo animam quasi respicientes, in quibus expediendis electores perpetuum foedus & concors mutuuum adiutorium inter se ita pepigerunt, vt nullus ipsorum de tali casu impeditus, absque reliquorum consensu responsum dare, aut proprio arbitrio rem decidere praesumat. Et primo quidem causae ipsum imperium sacrum atque electorum personas ratione imperii coniunctim concernentes proponuntur. Dignitatem enim & auctoritatem archi-principum horum cum dignitate & potentia imperatoris adeo firmissime connexam esse, vt vna sine altera subsistere, & sine diminutione ab se inuicem separari nequeant, ipsemet caesar fatetur in decreto suo *an. 1590. die 27. Iulii* edito, quod refert. *LIMN. iur. publ. lib. 3. cap. 2. n. 2.* Vnde & palmites imperiales, nec non columnae, quae sacrum aedificium, circumspecta prudentia pietate sustentant, vocantur in *A. B. cap. 3. §. 1.* quae aliaue encomia istis tributa, supra enarrata fuerunt. Neque vana esse haec elogia, ex eo sufficienter patet, quod maxima & grauiora Imperii negotia Imperatores non prius suscipere, nedum perficere, quam Electorum, vel omnium vel saltem plurium consensus accedat, in capitulatione sua promiserunt. Ex eo tamen minime inferre licet, maiestatem imperatoris



toris electoribus esse communicatam, ita, vt hinc forma Imperii nostri pro aristocratica, non monarchica haberi debeat; Siquidem electores nullibi in partem maiestatis aut imperii ab imperatore assumti, quin potius in partem sollicitudinis constituti & caesareae maiestati assistere dicuntur in *Aur. Bull. cap. 30. §. 1.* videlicet vt tyrannidem auertant, nec tam potestatem Imperatoris constringant, quam eandem in officio contineant, atque maiestatis exercitium, vt non nisi in Imperii salutem vergat, moderentur, sicuti solide rem declarat L. B. de LYNCKER *Dissert. d. Consens. Elect. rh. 2.*

§. LXVII.

Atque sic generatim electores suae dignitati & praecminentiae consulere voluerunt. Speciatim vero mentionem faciunt iuris eligendi, a quo nomen adepti sunt, & vt illud factum tectumue conseruetur omni cura se prouisuros esse, constituunt. Scilicet si quispiam regimen imperii affectauerit, idque ad se trahere annisus fuerit, sine praescitu, consensu aut permissu electorum, nach dem heiligen Römischen Reich stünde oder stehen würde, und sich des unterwinden wolte. Contigit hic casus superiori saeculo, cum modernus Galliae rex Ludouicus XIV. filium suum primogenitum, Delphinum, ordinibus ac statibus imperii ad augustissimam dignitatem imperatoriam, per legatum suum DE VERIVS, sub certis quibusdam pollicitationibus obtrudere, adiectis minis si quid aduersi accidisset, & cum nullum responsum acciperet, praeter omnium expectationem, imperium anno 1688. armis inuadere ausus est, notante id FRITSCHIO ad *Capitul. Ioseph. prooem.* Quod ipsum ea tempestate potentissi-





potentissimum omnique laude superiorem caesarem, iam pie defunctum, Leopoldum I. mouit, vt imminens periculum electoribus scriptis proponeret, eosque ad eligendum Romanorum regem, futurum imperii caput & successorem, cohortaretur, tenore propositionis caesareae Augustae Vindelicorum Jan. 1689. publice praelectae: Was maßen die von der Cron Frankreich wieder das Heil. Römische Reich so oft und vielmahl verübte unverantwortliche Attentata und Friedens-Brüche einzig und allein aus der unersättlichen Ambition und Hoffnung herrühren, welches Sie bis dato immer hin geheget, die Röm. Königl. Cron entweder durch eine abgenöthigte Wahl oder auch durch öffentliche Gewalt an sich und an ihr Haus bringen zu können ic. Et post: Bey gegenwärtiger Zusammenkunft vor allen andern Consultationen und Berathschlagungen, diesen Punct, wie nemlich durch eine vorzunehmende ordentliche Wahl eines Röm. Königs und Ihro Keyserlichen Majestät künftigen Successoris der Französischen Ambition, destomehr der Riegel gesteckt, und des Heil. Röm. Reichs Sicherheit befestiget werden möge, in fleißiges Collegial-Nachdenken zu ziehen, ihnen belieben lassen wolten. Memores igitur electores vnionis suae & demandati muneris, elegerunt tunc inuictissimum, iam feliciter imperii tenentem sceptrā, IOSEPHVM, atque hac ratione Gallicorum Regis ambitiosas machinationes, diuino adiuti auxilio, fortissime reserunt.

## §. XLVIII.

Inter splendidissima iura, quibus columnae istae imperii condecorata sunt, in electore praecipue Palatinatus & Saxoniae, eminent administratio imperii,  
I tem-





tempore interregni ipsis commissa. Vocari solet communiter VICARIATVS, qui, quando coeperit, & qua lege sit introductus, incertum est? sufficit nobis, quod imperator in *aur. bulla cap. 5.* Palatino hoc ius tribuat ex priuilegio, adeoque illud saltem confirmare videatur: LIMN. *d. Iur. publ. lib. cap. 12. n. 31. seqq. & ad A. B. cap. 5. §. 1. obs. 6.* Electoris vero Saxoniae ius vicariatus a Carolo IV. cum ipsa A. B. modo coepisse docet LIMN. *d. l. ARVM. Disc. 3. th. 25.* Strauch. *Instit. iur. publ. lib. 1. c. 11. n. 6.* Et Saxoniae quidem elector ius istud vicariatus hactenus quiete exercuit; Palatino autem de illo quaestio mota fuit a Bauariae duce, in quem per instrumentum pacis Westphalicae *d. an. 1648.* electoratus cum omnibus regalibus, officiis, insigniis & iuribus quibuscunque erat translatus, adeoque & vicariatum electoratus adhaerere contendebat, contradicente Bauaro, & non electoratus, sed Palatinatus prouinciis annexum esse asserente. Vtriusque partis scripta de hac controuersia edita, extant apud LONDORP. *tom. VIII. lib. 8. cap. 41. 66. seqq.* & rationes vtro citroque prolatas summam exhibet STRAVCH. *Diff. exoter. 3. §. 2. 3.* nec non BVRGOLDENS. *ad Instr. Pac. part. 1. Disc. 26.* Interim Bauarus, post mortem imp. Ferdinandi III. Palatinum in exercitio huius praeuenit, atque si possessionem obtinuit, ipsa causa controuersae imperatoris decisionem expectante. Potestas horum imperii prouisorum, vti vocantur in *aur. bull. cap. 5. §. 1.* in quo consistat, ex tenore *aur. bullae d. cap. 5.* cognosci potest: exercent nimirum tempore interregni, iudicii imperii vniuersalia, exceptis tamen causis feudalis, maiora & regalia imperii feuda concernentibus,





tibus, STRVV. *S. I. F. cap. 16. aph. 5. n. 4.* licet dissentiat CARPZ. *d. Leg. reg. Germ. cap. 11. Sect. 15. n. 9.* LIMN. *d. Iur. publ. lib. 3. cap. 12. n. 52. seqq.* Habent ius praesentandi ad beneficia ecclesiastica: potestatem itidem colligendi imperii redditus & prouentus: nec non inuestiendi de feudis & a vasallis iuramentum recipiendi, exceptis tantum feudis principum, quae vulgo *Sahn- und Scepter-Lehn* dicuntur: aliaque omnia iura exercendi, quae imperatori competunt, & reseruata eius appellantur. Vid. latius SCHVVEDER. *Introd. ad ius publ. part. spec. sect. 1. cap. 33. n. 7. seqq.* An vero, si vacante imperio necessitas comitia exposcat, vicarii illa indicare valeant? quaerit SCHVVEDER. *Intr. ad I. P. part. spec. sect. 1. cap. 30. §. 3.* idque affirmat, licet nullum eius rei exemplum dari ipsemet fateatur: Negat vero L. B. de LYNCKER *in analect. ad d. §. 3.* ideo, quod tempore interregni electores vi huius vnionis & §. 8. *collegiatim* sibi quidem curam imperii vniuersalem vindicent; vicarii vero ea, quae sibi lege vel obseruantia sunt concredita, *diuisim* habeant, ad quae indictionem comitorum pertinere, nos quoque putamus.

## §. XLIX.

Cum igitur vicariatus imperii vacantis eximium aliquod praedictorum electorum decus sit & praerogatiua, merito eius curam & protectionem contra quosuis inuadores in se cuncti receperunt, *verb. es were mit Vicariat oder anders.* Constat enim ipsis de nefario ausu Iohannis XXII. pontificis, sibi ius istud vicariatus praefricta fronte asserentis, & ne vllus, imperiali sede vacante, nomen vicarii, aut alterius cuiuscunque officii, retineat, assumet, vel resumat, nul-





lusque ei obediat, vel auxilium praebeat, sub excommunicationis poena prohibentis, *cap. X. vag. un ne sed. vac.* Et hanc quidem constitutionem pontificiam in praeiudicium imperii Romani factam absque dubio imperator Carolus IV. per aur. bullam, si non conceptis verbis, saltem contraria sententia irritam pronunciauit, id quod iam ante eum Ludouicus Bauiarus, huius nominis IV. vel vt alii volunt, V. imper. in comitiis Francofurtensibus *an. 1329.* factitauerat, notante LIMN. *iur. publ. lib. 3. cap. 12. n. 12.* Horum igitur vestigia laudatissimi electores, ius illud imperio & sibi vendicantes, rite presserunt.

## §. L.

Mentionem hic simul faciunt electores obseruantiae antiquae, *wie von Alters herkommen.* Multa siquidem iura principibus imperii competunt, de quorum origine non constat, & quae vsu tantum inueterato fuerunt acquisita, perinde tamen defendenda illis, cum inueterata consuetudo vim priuilegii & constituti habeat, imo iuri scripto sit praeferenda. TAB. *d. suffrag. p. 243.* quin & ipsa priuilegia, leges & statuta per vsu & obseruantiam subsequutam declarationem admittunt, SCHVLTES *lib. 2. qu. 55. n. 34. seq.* RICHT. *p. 1. dec. 18. n. 31.* Hinc in omnibus fere imperii recessibus ad inueteratam consuetudinem pro-uocari eamque fundamenti loco allegari nouimus: in quorum lectionem incidens Gallus quidam Germanicarum rerum notitiam acquirere cupidus, eumque in finem linguam teutonicam addiscens, ridicule satis scripsit, vigere in Germania singulare ius, quod *Harcomman* vocant, sicuti id memorat SCHOTTELI-VS *in praefat. tract. d. singular. German. iurib.* Ceterum  
an



an & quomodo *obseruantia a consuetudine* differat? varie disceptatur & traditur a BARSCHAMP. *in radic. clausul. cap. 14. n. 17.* Additionator colleg. Argentorat. *ad tit. d. leg. th. 44. 45. it. IOH. GEORG. KVLPII. Disp. d. Obseru. imper. th. 4.* Sane, vt aliquid *obseruantiae* nomine, des Reichs Herkommen, signari possit, longior temporis tractus, quam ad consuetudinem, sua natura requiri videtur: quemadmodum etiam id, quod semel atque iterum, caesare aliisque, quorum interest, conuiuentibus, attentatum forte fuit, in certam imperii *obseruantiam* inualuisse, non statim dici potest. ITTER. *d. feud. Imper. cap. 2. n. 1.* Accuratam itaque *obseruantiam*, imperialium notitiam in supremi iudicii cameralis praeside requirit *Ord. cam. p. 1. cap. 3. §. 1. 16.* daß der Keyf. Majestät Cammer-Richter, ein tapffer Person, aus dem Reich teutscher Nation geboren, derselben Herkommen, löblicher Gebrauch und guter Gewohnheit wolkundig und erfahren seyn soll.

## §. LI.

Non minima porro praerogatiuae electoralis portio, in consensu nonnullis imperii negotiis adhibendo, spectatur, quod ius electoribus conseruari, tam illis, quam toti imperio quam maxime expedit. Nam, vt iam ante monuimus, imperatoris Romani maiestas per capitulationem ita est restricta, vt quaedam regalia ipse solus, quaedam non nisi cum electorum assensu exerceat, quaedam denique omnium imperii procerum consensum desiderent. Et illa quidem in tres classes dispescitur *SCHVED. part. spec. sect. 1. cap. 5. §. 7.* ita vt quaedam, iuxta recentiores quidem impp. capitulationes, *Leopoldi sc. art. 21. & Iosephi art. 20. vnanimem omnium & singulorum electo-*





rum consensum requirant, veluti ius introducendi nouum vectigal & ius stapulae concedendi: quaedam per maiora electorum vota *collegialiter* expediantur, nimirum ius declarandi statum imperii in bannum; ius concedendi regale monetarum: ius alienandi & oppignerandi bona imperii: ius feuda maiora, imperio aperta, de nouo conferendi: quaedam demum *separatim* per legatos & literas perficiantur, videlicet ius indicendorum comitiorum generalium, idque tam ratione temporis, quam loci: Quibus addere liceat ius nauigationem promouendi, sublatis nauibus, quae *Auslager und Kriegs-Schiffe* appellantur. *Capitul. Matthiae art. 20.* & ius pangendi foedera sicubi res moram non ferat, *Capit. Leopold. art. 10.*

## §. LII.

De mandatis denique grauatoriis ad noua & non debita seruitia tendentibus, solliciti fuerunt vnitores serenissimi, siue illa ad omnes, siue ad vnum illorum dirigantur. Quid per nouitates grauantes, & indubitata seruitia, *beschwerliche Neuerungen und unpflichtige Dienste*, hic intelligatur, non adeo videtur expeditum. Cum tamen in aurea bulla *cap. 27.* singulis electoribus certum aliquod officium impositum fuerit, quod illis in solennitate inaugurationis caesareae atque curia imperiali deseruiendum est, putamus, noluisse eos, alia munera, quam quae ab antiquo tempore introducta fuerunt, in se suscipere: non quidem, ac si officia in A. B. praescripta essent seruitia, prout Bodinum asseruisse, nonnulli scribunt, refutati ob id a LIMN. *ad A. B. cap. 27. obs. 8.* sed quia omnis nouitas valde odiosa habetur & plerumque discordias parit, praesertim quando ab eo, quod diu aequum



aequum visum est, receditur, nec quare recedatur  
 vtilitas euidens vel alia causa subest, iudicio Benedicti  
 XI. pontif. in cap. 1. pr. *Extrau. comm. d. priuileg.* Vnde  
 apud Coërenses lege cautum fuisse, *ne, quis de legis an-  
 tiquae abrogatione aut innouatione ageret, nisi laqueo ad col-  
 lum circumdato, vt, nisi bene persuasisset, statim suffocaretur,*  
 narrat PRATEI. ad R. I. & de Timotheo Milesio,  
 qui veterem & duriozem musicam in molliorem  
 conuertens, septem antiquae citharae chordis, qua-  
 tuor addiderat, quod ob id a Lacaedemoniis damna-  
 tus & cithara eius in Sciade portu fuerit suspensa.  
 Vid. FELVVINGER. *Diss. polit. d. Nouitatib. in Republ.*  
*vitand.* RICHT. *centur. reg. iur.* 22. n. 7. De cetero un-  
 ziemiſche beschwerliche Mandata und Gebot, ista quoque  
 intelligi posse, quae sine praeuia sufficienti causa & si-  
 ne clausula, vt vocari solent, decernuntur, a vero  
 non videtur esse alienum. Notum siquidem, quod  
 tenore constitutionis cameræ, in causis saltem pro-  
 hibitis, & quae ita comparatae sunt, vt quis a poena  
 neutiquam liber esse queat, mandata sine clausula  
 emanare debeant; quando vero factum ita compara-  
 tum est, vt aliquam excusationem admittat, tale man-  
 datum absque citatione partis minime decerni de-  
 beat, qua de re vid. PETRVS FRIDERVS MINDA-  
 NVS *tr. d. mand.* DENAIS. *d. iur. camer.* GILMAN *in*  
*Symphoremæ.* & speciatim de quatuor casibus, in qui-  
 bus mandata S. C. obtinent, *Ord. Cam. p. 2. tit. 23.*  
 RLOCK. *conf. 37. n. 369. seqq. it. confc. 48, n. 13. seqq.* Per  
 talia igitur mandata si electores praegravari contingat,  
 non immerito mutuum consilium ineunt & ma-  
 ture deliberant.

§. LIII.



## §. LIII.

His causis & negotiis in deliberationem deductis, qua ratione in illorum discussione procedendum sit, monstratur *in §. 9.* were es aber, daß wir allesämtlich nicht eins werden möchten, was dann auf einem benannten Tag, den ein Erz-Bischoff zu Mainz, der dann zu Zeiten ist, gen Mainz, Franckfurth, Weilnhausen oder Fulda bescheiden, und die Sach in seinen Brieffen benennen soll, so solche Sach an ihnen kämend, oder er darum ermahnet wird ohn Gefährde, von den unter uns, die mit ihren selbst Leiben zu solchen Tag kommend, und die andere, die von ehebaffter Sach wegen, die sie auf ihre rechte Wahrheit, mit ihren offenen versiegelten Brieffen becheuren sollen, mit ihren selbst Leiben nicht kommen können, Rätthe, die sie auch alsdann mit Macht zu diesen Tagen schicken, und doch nicht mehr als dann ihres Herrn Stimm haben sollen, oder den mehrern Theil auf ihr jede Erkennen kein sonderlich Urtheil darinn zu suchen, daß dem Heil. Römischen Reich allernuzest und bequemest sey, dabey soll es bleiben. Und wir sollen alsdann darzu einander mit ganzen Trewen, Landen, Leuten, Schloßen und aller unser Macht behelffen und berathen seyn, und uns von einander nicht setzen noch scheiden in keine Weis, ohn alle Gefährde, doch mit Behältnuß unser jeglichen seines Rechten.

## §. LIV.

Scilicet promiserant electores, se a Moguntino ad vnum ante memoratarum ciuitatum conuocatos, vel personaliter, vel per consiliarios suos speciali mandato instructos, conuenturos, ibique pro imperii salute certi quid definituros, nec non conclusum omnibus viribus executuros, saluis tamen cuiusuis  
iuri-



iuribus. Et primo quidem causam deliberationis in  
 literis conuocatoriis exprimi debere, non sine ratio-  
 ne monitum fuit, quandoquidem in qualibet citatio-  
 ne causam dilucidis verbis denotandam, esse iura re-  
 quirunt. *Ord. Cam. p. 3. tit. 12. §. und sollen. GAIL. lib.*  
*1. Obs. 51. CARPZ. Proc. tit. 7. art. 2. n. 20.* De corpo-  
 rali porro praesentia, quae hic vocatur: mit ihren  
 selbst Leibern, iam ante sententiam nostram declarau-  
 mus. De impedimentis vero legitimis siue Ehehaff-  
 ten, notandum, Ehehafften in iure Saxonico appella-  
 ri *legitima impedimenta*; nam verbum Ehe, antiqua Sa-  
 xonum lingua idem est, ac *lex*, veluti patet ex libro  
 des Weich-Bilds, eique praefixo *Chronico de tempore crea-*  
*tionis mundi*, verb. *Da ward den Juden die Ehe, das ist*  
*das Gebot gegeben, an dem fünffzigsten Tag als sie von*  
*Egypten führen. Von der Ehegebung, über dreihun-*  
*dert Jahr und siebenzig, ward Troja zerstöhret.* Sic  
 olim dicebatur, die alte Ehe, pro veteri testamento,  
 siue lege mosaica. *BESOLD. thes. pract. verb. Ehehafft.*  
 Adeoque Ehehafft nihil aliud est, quam fontica & gra-  
 uis causa, quae instar legis aliquem ligat, siue prohi-  
 bet, aut saltem excusat, ne ad locum destinatum prae-  
 finito tempore peruenire queat. Quae autem ad le-  
 gitima ista impedimenta seu excusationes iustas re-  
 ferantur, exponit *Landr. lib. 2. art. 7.* nec non *SPECK-*  
*HAN. cent. 1. qu. 59.* nim. captiuitas, aduersa valetudo,  
 peregrinatio seu *Walfarthen auffer Landes*, & expe-  
 ditio publica, ita tamen ut aliae remorae non exclu-  
 dantur, e. g. locus non tutus, via minus secura, vis  
 tempestatis aut fluminis, incendium, grauiditas mu-  
 lieris, funus domesticum, de quibus in *l. 2. §. 1. seqq.*  
*si quis caut.* *CARPZ. Pr. tit. 8. art. 2. n. 45.* Et horum

K

impe-





impedimentorum probationem regulariter per iuramentum fieri non posse, nisi in defectu aliarum probationum, docet IASON *in d. l. 2. §. 1. si quis caut.* Id quod etiam electoribus placuit, qui propterea in hac vnione decreuerunt, vt causae, quae vnum vel alterum a personali congressu prohibent, per literas patentes & signatas, ne veritati praeiudicium fiat, asseuerari & firmari debeant.

## §. LV.

Hoc igitur in casu, absentis mandatarius eundem admittitur, sed ita, vt primo omnium mandatum litteris consignatum producat, *verb. mit Macht zu diesen Tagen schicken*: puniri enim potest consiliarius, qui mandatum domini sui habere simulans, illud exhibere nequit, REVSNER. *Vol. 3. conf. 15. n. 20.* Deinde, ne plurium electorum suffragia ferat, sed solum Domini sui sententiam aperiat, *verb. und doch nicht mehr als ihres Herrn Stimm haben sollen.* Propositum quippe fuit compaciscentibus, singulorum mentem de casibus obuenientibus percipere & ex plurium sententiis inter se collatis illud arripere, quod reip. vtilissimum videtur: hunc vero scopum vix contingere se posse arbitrati sunt, si suffragia multorum vni committerentur, atque hac ratione non ex plurium consilio, & variis opinionibus inter se collatis, res perageretur. Nam, vt vulgari prouerbio dicitur: *Plus vielen Köpffen ist gut rathen*, & quemadmodum aromata, quo plus sunt trita, tanto olent fragrantius, ita veritas, variis collatis argumentis, splendidius elucet, CASTRENS. *Vol. conf. 23. pr. RICHTER. Vol. 2. conf. 15. n. 11.*

## §. LVI.





## §. LVI.

Quid in casu discrepantium votorum iure sancitum sit, supra exposuimus, idque *hoc §.* repetere, necessarium visum fuit electoribus, cum res nunquam habitura esset exitum, nisi maior suffragantium pars minorem superaret, praeterea & illud monendum arbitrati sunt, conclusa & decreta ad effectum deducenda, eaque communibus viribus, & ope coniuncta esse promouenda, quoniam, vti alias in iudiciis sententiae sine executione, sunt quasi campanae sine pistillo, BESOLD. *d. proc. iudiciar. cap. 17. §. 5.* ita consultationes omnes irritae sunt, nisi conclusa in effectu traducantur. Verum, quod ad reservationem iurium cuius competentium in fine *b. §.* subiectam attinet, mit *Behältniß unser jeglichen seines Rechts*, videri equidem haec clausula posset superflua, ideo, quod iura cuius debita neque a principe neque ab alio quodam alteri auferri queant, *§. fin. l. d. his qui sui vel al. iur. l. 53. pr. d. iudic.* vnde & clausulam libellis communiter adiici solitam, mit *Vorbehalt aller rechtlichen Nothdurfft und Wohlthaten*, nullius momenti esse, nec vllum effectum parere, tam autoritatibus Dd. quam rationibus probat AVG. BENED. CARPZOV. *Diss. d. Clausul. libell. cap. 2. th. 24.* Attamen, cum superfluis vti cautelis iuri non repugnet, *l. 28. C. d. testam.* & superflua admittere securius sit, quam necessaria omittere, *l. 56. mand. l. 32. §. 6. d. aur. §. arg. leg. l. 56. d. verb. obl. can. 19. caus. 13. qu. 2.* dicendum omnino, clausulam istam iuris reservationem penitus inutilem haud haberi posse, imprimis cum eam concessionibus quoque principum & privilegiis insertam saepe conspiciamus, quae tamen





latissimam recipiunt interpretationem, vid. STRYCK.  
*Disp. d. Salv. iur. Princip. cap. 3. n. 16. seqq.*

§. LVII.

Ea, quae hactenus deliberationibus pro salute imperii suscipiendis, deque perpetuo foedere in congressibus suis seruando electores disposuerunt, ea omnia ad alios quoque conuentus, quoties ab imperatore vel Romanorum rege conuocati fuerint, iidem extendunt *in §. 10.* qui ita se habet. *Desgleichen sollen und wollen wir uns hinfür, wan wir persönlich oder durch unsere Anwälde zu Känserlichen oder Königlichem Tagen erscheinen werden, in Rathschlägen, Amtwürten und Beschlüssen nicht trennen, noch von einander scheiden, sondern als ein Wesen und sämtlich bey einander halten, stehen und bleiben. Und was wir alle, oder der mehrer Theil unter uns für das beste im Rath ermessen und beschließen, das zu antworten oder zuthun sey, dabey soll es bleiben.* Scilicet quemadmodum imperator, aut eo absente rex Romanorum, indicendi comitia statuum vniuersalia, quoties publica imperii vtilitas & necessitas id exigit, ius habet, ita illi quoque sua auctoritate per Moguntinum omnes electores conuocare & cum iisdem de salute imperii, ac negotiis, in quibus reliquorum statuum assensus strictim non requiritur, consultationem instituere, fas est. vid. SCHVVED. *Introd. ad ius publ. part. spec. sect. 1. cap. 2.* Vocantur hi conuentus in textu nostro *Känserliche oder Königlichem Tage*, ab autore & moderatore eorundem, nim. imperatore aut rege Romanorum. Atque in his, non minus ac aliis congressibus, firmam concordiam & indissolubilem coniunctionem animorum sibi mutuo electores pollicentur, probe memores eius, quod



quod Carolus IV. imp. in proem. aur. bull. grauissimis hisce saluatoris verbis monet: *Omne regnum in seipso diuisum desolabitur* &c. atque discordiam inter electores ortam ita deplorat: *Tu quidem inuidia Christianum imperium, a Deo ad instar Sanctae & indiuiduae Trinitatis, Fide Spe & Charitate, virtutibus theologicis roboratum, cuius fundamentum super Christianissimo regno feliciter stabilitur, antiquo ueneno, quod serpens velut in palmites imperiales & membra eius propinquiora, impio scelere vomuisti, ut concussis columnis, totum aedificium ruinis subiiceret, diuisionem inter septem Electores sacri Imperii, per quos velut septem candelabra lucentia in unitate spiritus septiformis, sacrum illuminari debet Imperium, multotiens posuisti. Verissimum namque est, quod curiae Leodiensi aureis literis, inscriptum legitur:*

*Stare diu nescit, quod non fulcitur ab alto  
Et discors in se regnum durabile non est.  
Sic decet in primis illum, qui cuncta potenter  
Condidit, amplecti: dominumque fideliter vnum  
Quaerere, post vno concordet vivere voto,  
Hinc virtutes, hinc pax, & Respublica floret.*

## §. LVIII.

Sequitur §. 12. his verbis conceptus: Auch sollen und wollen wir die Articul, so wir jüngst zu Franckfurth in der Wahl Römischer Kayserslichen Majestät, unser allergnädigsten Herrn einträchtiglich, aus gutem getrewen Rath und Bedencken begriffen, und Ihrer Majestät Commissarien in Krafft ihrer voller Macht angenommen, bewilliget, auch unter Kayserslicher Majestät Nahmen und Insteigel verbricht, versiegelt, und geschworen, die auch folgend durch Kaysersl. Majest. zu Nach vor Ihrer Majest. Königlichen Cronung persönlich mit leiblichen

K 3

Eyd





End geschworen, nach laut Seiner Majestät Brieffe, der da am Ende seines Ausganges hält: Geben am dritten Tag des Monaths Julii, nach Christi Geburt fünfzehnhundert und im neunzehenden, unserer Reiche des Römischen im ersten und der Hispanischen im vierdten Jahre, in aller ihrer Innhaltung bey Krafft und Macht unverhindert behalten, und unser keiner ohn den andern in keinem wege darwieder nichts bewilligen, noch begeben, ohn Gefährde. *Per articulos hic intelligi capitulationem imperatoriam, qua imperii administratio in imperatorem designatum & electum certis conditionibus transfertur, & qua ipse imperator electus certas sibi propositas condiciones, normam imperii administrandi continentes, acceptat, atque de iis seruandis iurato cauet, quilibet facile agnoscit.* De prima origine harum capitulationum, nolumus iam cum DD. contendere: pro vero tamen reputamus, eas cum rep. nostra eiusdem esse aetatis, incrementum vero & aliam atque aliam faciem variis temporum intervallis accepisse, vtut illa, quae Carolo V. ad refrenandam eius potentiam formidabilem praescripta fuit, quoad externam formam, prima dici mereatur. Vid. SCHVVEDER. *part. gener. iur. publ. cap. 2. §. 14.* Et haec est illa ipsa capitulatio, cuius in textu nostro sit mentio, prout ex verbis sub finem ibi adductis, satis liquet. An recte imperatori electo talis capitulatio praescribatur? nostri instituti iam non est disquirere, sed lectorem remittimus ad REINKING. *d. reg. sec. & eccl. lib. 1. clas. 3. cap. 19.* LIMN. *ad capit. Imper. prolegom. sect. 2.* CARPZ. *ad Leg. reg. German. cap. 1. sect. 5.* Neque iam ventilabimus vexatissimam quaestionem: An capitulatio haec deroget imperatoris maiestati, ita



ita vt is solus non habeat summam potestatem? negatiuam tamen, tanquam rationi & legibus imperii magis consentaneam amplectimur cum REINK. *d. tr. lib. 1. class. 3. cap. 9. n. 8. seq.* CARPZ. *in L. R. Germ. cap. 12. pr. § cap. 13. sect. 6. n. 19.* HERMES. *fasc. iur. publ. cap. 9. qu. 6.* LIMN. *ad Capitul. Imper. prooem. sect. 8. n. 22.* inprimis L. B. de LYNK. *in analect. ad SCHVVED. part. gen. cap. 2. n. 19.* illud solum obseruamus, electores ius capitulationis concipiendae priuatiue, non admissis Principum suffragiis, praetendisse & aliquandiu exercuisse, ob rationes, quas recenset HERMES *d. cap. 9. qu. 8.* quae fortassis causa fuit, quod hic sese ad articulorum Carolo V. praescriptorum constantem obseruantiam adstrinxerunt, nullamque illorum immutationem admissuros esse semet obligauerunt; Verum cum ceteri imperii ordines post Rudolphi II. obitum de hoc conquererentur, in tractatu demum pacis Westphalicae *art. 8. §. habeantur.* obtinuerunt, vt in proximis comitiis perpetua & certa capitulationis forma omnium statuum consensu conderetur: Et multoties quidem in durantibus comitiis praesentibus super hac ipsa re deliberationem institutam, proiectum etiam, vti vocatur, ab electoribus oblatum statibus, nec non certa monita huic inferenda a principum & statuum legatis fuisse exhibita, nouimus, negotium vero vniuersum nondum ad finem peruenisse felicem, dies nos docuit.

§. LIX.

Supereſt adhuc conseruatio, tum totius imperii cum appertinentiis eiusdem, tum singulorum electorum iurium, quam pro virili promouendam illi susceperunt. Et de priori quidem membro in §. 12. ita



ita cauent: Unterstünde sich auch jemand, in welchem Wesen das were, das heilig Römisch Reich, oder einige seine Zugehörung zu schmälern, abzubrechen, oder dem Reich etwas zu entfremden, oder das Reich zu entgliedern, darwieder sollen wir samtllich seyn, und unsern Willen, Gunst oder Verhängniß dazu nicht thun noch geben, in keine Weiß, sondern unsern allergnädigsten Herrn den Römischen Keyser darinn anrufen, das heilig Reich darbey handzuhaben und zu behalten.

## §. LX.

Alienationem regni aut partium eiusdem regibus, quibus spontaneo populi consensu regnum delatum est, haud quaquam permissam esse, GROTIUS probat *d. Iur. bell. & pac. lib. 1. cap. 3. n. 12. 13.* & CONRING. *d. finib. Imper. Germ. lib. 2. cap. 19.* Tanto minus igitur id licitum est imperatoribus nostris, qui in capitulationibus suis iurato promittere solent, daß Sie prout verba *capitul. Leopoldi & Ioseph. art. 9.* sonant, dem H. Römischen Reiche und dessen Zugehörungen nicht allein ohn Wissen, Willen und Zulassen der Churfürsten sämptlich nichts hingeben, verschreiben, verpfänden, versetzen, noch in andere wege veräußern oder beschweren, sondern sich aufs Höchste bearbeiten, und allen möglichen Fleiß und Ernst fürwenden sollen und wollen, dasjenige so davon kommen ic. zum förderlichsten wiederum darzu zu bringen, zu zueignen, und darbey bleiben zu lassen. Quinimo nec ante Caroli V. tempora, qui primus hanc legem iniit, nulli antecedentium Imperatorum hanc alienandi bona imperii facultatem, sine Electorum minimum consensu concessam fuisse, asserimus cum LIMN. *ad capit. Caroli V. art. 9. verb. verschreiben. n. 5. seqq.* secus ac sentit STRAVCH. *Diss. d. oppigner. rer. Imper.*



*Imper. 1b. 25. seqq.* vtut negari nequeat, multos imperatorum facto aliud fuisse contestatos, in quibus praecipue numerandus est Carolus IV. omnia omnibus permittens, quoscunque emungere argento poterat, vt hinc vitricus imperii & pestis Germaniae recte audiat. VVAHR. ab EHRENBURG. d. *repu. subsid. cap. 5. n. 42.*

## §. LXI.

Vt igitur splendidissimum hoc imperii corpus in suo vigore conseruetur, nec per alienationem membrorum aut partium suarum dedecoretur, aut eius potentia minuatur, electores quoque omnem sollicitudinem adhibere promittunt. Illorum hac in parte praecipuam rationem habendam, & quoties necessitas forte alienationem cuiusdam partis exigit, consensum eorundem prae aliis statibus requirendum esse, ex capitulationum iam allegatis verbis patescit, vt hinc ius illud electorum proprium videri queat. Verum aliis quoque imperii statibus in eiusmodi alienationibus suas partes esse, ex instrumento pacis Gallicae d. an. 1648. §. 79. & 80. probare satagit LIMN. Tom. 5. *Addit. iur. publ. lib. 1. cap. 12. p. 246. & ad A. B. cap. 5. §. 1. obs. 28.* cum CONRING. d. *Finibus Imp. cap. 19. p. 384.* dum cessio nonnullarum prouinciarum regi Galliae ac Sueciae facta, communi ordinum sententia confirmata fuit; Et hoc ipsum ius, requisitionem nempe consensus statuum in tali negotio, futurae capitulationi caesareae inseri, idem in monitis suis ad capitul. Leop. art. 9. vrserunt, sed frustraneo hactenus conatu. SCHVED. p. *sp. sect. 1. cap. 23. n. 4.*

## §. LXII.

De posteriori membro, conseruatione sc. iurium electoralium, sequentia habentur in §. *Vnionis 13.*

L

Und





Und ob jemand, wer der were, uns Churfürsten, einen oder mehr, auf seiner Straßen und Geleit, zu Wasser oder zu Land, es were mit Feindschafft oder ohne Feindschafft, Zugriff oder Beschädigung thete, und ob jemand's dieselben, die solches theten, wissentlich hauset oder enthielte, der oder die sollen in unser jegliches Schloßen, Stäten, Gerichten, Landen und Gebieten kein Geleit haben, auch weder gehauset noch gehalten werden, sondern wir sollen und wollen unser jeglicher dem andern, dem solche Noth geschehe, zu stund, wenn wir des ersucht und ermahnet werden, getrewlich beholffen seyn, daß solches gestrafft werde, und uns darinne von einander nicht scheiden. Wir sollen und wollen auch mit unsern Amptleuten schaffen und bestellen, daß solches also vestiglich gehalten werde: Und wenn sie Geleit geben, daß sie das unterschiedlich ausnehmen sollen, sonder alles Gefährde.

## §. LXIII.

De modo coërcendi temeratores pacis publicae, deque vi armata & inimica reprimenda, iam supra in §. 6. *Vnion.* electores disposuerunt: hic loci illud addiderunt, quod, licet sine inimicitia, sub quolibet alio praetextu, quis damnum aut praeiudicium illis inferre tentauerit, alter alteri auxilium praestare velit. Neque solum contra eos, qui ita damnum dare parant, sed & contra illorum receptores pari rigore procedendum esse, pacti fuerunt. Congruit hoc vltimum quam maxime placitis iuris civilis, quibus is quoque delicti reus dicitur, qui ad factum aliquod committendum concurrat, videlicet (1) *consilium suggerendo*, idque aut simplici adhortatione, aut persuasione, instructione & subministratione occasionis & modi. *l. 12. ad L. Iul. d. adult.* (2) *auxilium scienter*



enter ferendo, & quidem aut ad ipsius delicti perpetrati-  
 onem *l. 54. §. 4. d. furt. l. 7. ad. L. Pompei. d. parric.*  
 aut post delictum perpetratum de illo participando,  
 vel illud occultando, CARPZ. *p. 2. qu. crim. 87. n. 39. (3)*  
*mandando. l. 15. C. ad L. Cornel. d. sicar. l. 5. C. d. accus.*  
*l. 11. §. 3. d. iniur. (4) permittendo, cum prohibere po-*  
*tuit & debuit. l. 9. §. 1. ad L. Cornel. d. fals. l. 6. ad L.*  
*Pomp. d. parric. l. un. C. d. rapt. virg.* Hinc & contra  
 receptores illorum, qui electorum terras agrediuntur,  
 reciprocam defensionem suscipere aequum fuit, nam  
 & latronum receptores, sine quibus hi diutius latere  
 non possunt, coërcere, iubetur Praefes prouinciae, in  
*l. 13. pr. d. offic. Praesid.* & praetor edicto suo, in eum,  
 qui seruum, seruam, alienum, alienam recepisse dici-  
 tur, iudicium in duplum, quanti ea res erit, dare pro-  
 mittit, *l. 1. pr. d. seru. corrupt. vbi VLPIANVS §. 2. d. l.*  
 quid proprie recipere sit, exponit, nim. refugium ab-  
 scondendi causa seruo praestare, vel in suo agro, vel  
 in alieno loco, aedificioe. Vti enim communi  
 prouerbio dicitur: *der Hähler ist so gut als der Steh-*  
*ler, dum fures ad continuandum delictum secreta hac*  
*latitatione inuitantur. D. BEIER. d. sigil. confess. cap. 2.*  
*n. 15. Und wenn der Hähler nicht wäre, so wäre auch*  
*nicht der Stehler. HÖPING. conf. 34.*

## §. LXIV.

Quod de conductu, von Gleiten, hic habetur, ad  
 superioritatem statibus imperii competentem refer-  
 tur, quae etiam ius conducendi per vias publicas, die  
 gleiche Obrigkeit auf freyer Keyserl. Reichs- und Land-  
 Strassen, complectitur. Est autem illud ius nihil  
 aliud, quam iustum immunitatis a personali offensio-  
 ne & iniuria, rerumque damno praesidium, ab eo,  
 L 2 qui



qui ius conducendi habet, per vias publicas euntibus ac redeuntibus praestandum, definiente ita SCHVVED. *I. P. part. spec. sect. 1. cap. 17. n. 14.* Exercetur illud vel datis literis, *Geleits-Brieffe*, vel etiam adiunctis nonnunquam equitibus, *Geleits-Reuter*: quin, licet transeuntes saluum conductum speciatim non petierint, tamen praesidium iisdem praestari, atque damnum forte a praedonibus acceptum restaurari debet. FRITSCH. *d. viis publ. cap. 12. n. 23.* MYNS. *cent. 5. obs. 70.* modo peregrinantes a via publica deflectentes insolitam viam insolito tempore non capefferint, aut conductores adiunctos non deseruerint. *l. 2. l. 5. C. d. curs. publ.* GAIL. *lib. 2. obs. 64.* aut prouincia non ita impleta sit militibus, vt iis territorii dominus resistere nequeat. FRITSCH. *d. l.* MYLER. *d. iure Princ. Imp. cap. 59. n. 5.* Praesidio vero isti indigni sunt, qui legum praecepta contemnentes, poenam potius, quam praemia merentur. Imo contra ipsos hosce pacis turbatores & inuasores violentos ius conducendi exercetur, tantum abest, vt isti illud praesidium sperare queant, denn wer des Geleits genieffen will, muß sich auch gleitlich verhalten. CARPZ. *p. 3. qu. crim. 112. n. 54.*  
§. LXV.

Extenditur porro amica haec confoederatio, & mutui auxilii promissio contra eos, qui odio vnionis huius fraternae aliquid iniqui contra electores machinantur, §. 14. vbi sequentia leguntur: Und were es, daß iemands, wer der were, von dieser unser Einung und Vertrags, oder einerley Ursach wegen, so daraus fließen möchte, seinen Ungunst oder argen Willen, es were mit Feindschafft, oder sonst in andere weg, wie das zugienge, an uns sampt oder besunder legen wolte, das



das soll uns alle gleich sämptlich angehen, und sich unser keiner von dem andern scheiden, sondern unser jeglicher soll dem andern ohne Verzug darinn und darwieder getreulich beyständig, berathen und beholffen seyn, mit seiner Ritterschafft, Schloßen, Stätten, Landen, Leuten und aller seiner ganzen Macht, als lang das Noth ist, ohn allerley Inträge, Wiederrede, Hinderniß und Gefährde, so fern wir des zugleich und recht mächtig. Darum mögen wir auch unsern allergnädigsten Herrn, den Römischen Keyser, uns zu verthädigen und zu handhaben anruffen.

## §. LXVI.

Non sine ratione electores insidias & odia, quae ex amica illorum consociatione concitari possent, metuentes de subsidio & auxilio, contra maleuolos sibi prospexerunt. Est enim diabolus acerrimus concordiae osor, omnesque intendit neruos, vt dissidia inter potentes disseminet, & quouis modo pacem imperiorum turbet, atque hac ratione principes vna cum subditis prosternat, vt hinc non inconcinne Carolus IV. *in proem. Aur. B.* exclamet. *Dic superbia, quomodo in Lucifero regnasses, si diuisionem auxiliatricem non habuisses? Dic ira, quomodo Romanam Rempubli- cam destruxisses, nisi in diuisione Pompeium & Iulium saeuientibus gladiis ad intestina praelia concitasses? &c.* Huic igitur malo, si fortassis tale exoriatur, praestantissimum remedium per hanc vnionem fuit paratum, oppositis, quoties necessitas postulat, armis, equitibus, fortalitiis, aliisque ad iniuriam propulsandam sufficientibus mediis.

## §. LXVII.

Equitum, der Ritterschafft, quando hic fit mentio,





tio, sine dubio per illos intelliguntur vasalli, quibus certa feuda sub fidelitatis iuramento & seruitiorum militarium promissione, a principibus electoribus sunt concessa; ad seruitia namque talia, *die Lehn- und Ritter-Dienste* domino feudi praestanda, quilibet vasallorum ex ipsa feudi natura ita est obstrictus, vt licet feudum quoddam francum seu a seruitiis liberum, ad dominum redeat, idque dominus postea, nulla seruitiorum mentione facta, alteri concedat, dominus iure ista a vasallo nouo exigere queat, *II. F. 23. in fin. STRVV. S. I. F. cap. 11. aph. 4.* Eaque praestanda sunt, quoties & quodocunque dominus feudi in periculo est constitutus. *II. F. 7. II. F. 26. §. licet.* adeoque non solum, quando bellum geritur, sed etiam pacis tempore. *KOHL. seruit. feudal. part. 4. n. 34.* Quaeritur autem, si quis diuersa feuda a diuersis dominis obtineat, ipsi domini inter se bella gerant, cui vasallus opem ferre debeat? Respondet *H. PISTOR. p. 2. qu. 47. n. 35.* antiquiorem esse praeferendum, *II. F. 28. in fin.* adeoque ne quidem per substitutum posteriorem dominum, facere contra antiquiorem, vasallo licere. *STRVV. S. I. F. d. cap. 11. aph. 8. n. 3.* vt ut dissentiat *KOHL. d. sero. feud. p. 3. n. 42.* vasallum domino posteriori per substitutum seruire, aut oblata pecunia eundem adiuuare & sic vtrumque defendere posse, statuent. Ista porro seruiendi necessitas tanta est, vt is etiam aduersus patrem suum, filium ac fratrem, domino militare cogatur, *II. F. 28.* id quod tamen de eo solum casu accipit *STRVV. d. cap. 11. th. 8.* si vasalli pater iniuste dominum feudi offendant, cum sic pater delinquens indignus sit legum beneficio. Add. *SCHNOB. Disp. feud. 8. th. 14. STRYCK. Exam. iur. feud. cap. 18. qu. 24.* §. LXVIII.





## §. LXVIII.

Sed pergimus ad §. 15. qui ita se habet: und were es, daß einiger unter uns obgenandten Churfürsten von Todts wegen abgehen würde (da Gott lange vor sey,) so sollen Wir Erz-Bischoff zu Mainz desselben abgegangenen Churfürsten Nachkommen oder Erben, nachdem er zur Regierung seines Churfürstenthums kommen ist, diese unsere Einung verkündigen, und damit ermahnen, und so er dann begehrt in solche Einung zu kommen, soll er darein genommen werden; doch also, daß er dieselben Einung und Verträge zuvor und ehe er darein genommen werde, getreulich zu halten gelobe, und zu den Heiligen schwere, auch seinen besiegelten Brief, nach Ausweis dieses Briefs, darüber gebe. Demselben End soll der nächste Churfürst, so eingeseffen ist, von ihm nehmen, die Brief darüber von ihm empfangen, und unsere Brief wieder überantworten; Dieselben unsere Brief in unser des Erz-Bischoffs zu Mainz Cansley sollen gefertigt, und von unser ieglichem besiegelt werden. Wo aber der Fall an Uns dem Erz-Bischoff beschehe zu Mainz, sollen Wir der Erz-Bischoff zu Trier, seiner Lieb des Ermahnen und vollziehen wie obstehet. Welche aber unser Nachkommen, oder Erben das nicht thun wolten, so sollen doch die andern unter uns, die dannoch im Leben seyn, sich getreulich zu einander halten, nach Ausweisung dieser unserer Brüderlichen Einung und Verträge.

## §. LXIX.

De successoribus, tum vniuersalibus, quam particularibus, quatenus hi ex contractu & facto suorum antecessorum obligentur, supra ad §. 1. Vnion. actum fuit. Etsi vero secundum principia ibidem adducta, electorum compaciscentium heredes & successores  
ad



ad obseruantiam huius pacti tam firmiter adstricti sint, vt eidem se opponere non possint: maluerunt tamen prudentissimi principes illos propriae manus subscriptione fortius alligare, & sic perpetuum robur articulis conuentis addere, ita quidem vt successoribus istis integrum sit, ac per subscriptionem nominis sui Vnioni huic accedere, commodisque eius frui, an ab ea exclusi esse velint, neque enim in inuitis beneficia obtruduntur. *l. fin. C. und. legit. l. 16. C. d. iur. delib. l. 69. § l. 156. d. R. I.*

§. LXX.

Ceterum non prius haec de accedendo consociationi voluntatis declaratio a successore exigitur, quam is regimen electoratus in se recepit, id quod in secularibus electoribus anno aetatis decimo octauo completo contingit; in hac quippe aetate, iuxta peculiarem aureae b. dispositionem, *cap. 7. §. 4.* pro maiorenni haberi, eiusque tutela haecenus per propinqua cognatione coniunctum administrata, finiri debet. De ecclesiasticis electoribus, & qua aetate regimen archi-episcopatus iisdem committendum sit, legibus imperii particularibus nihil definitum est; cum tamen ius canonicum aetatem triginta annorum, & quidem completam, ad obtinendum episcopatum requirat, *cap. 7. d. Elect. c. quia* hac aetate saluator noster baptizatus est, & praedicare incepit, prout definit concilium Neocaesariensae *can. 4. dist. 78.* Hinc istum terminum archi-episcopatus regimini aptum esse, liquido constat.

§. LXXI.

Neque tamen solam nominis subscriptionem sufficere electores arbitrati sunt, sed insuper iuramentum

tum





tum solenne a successoribus collegis fraternæ huius unionis exegere. Si mores hominum plane integri forent, iuramentis opus non esset; ast quoniam mortalium mentes deprauatas esse, quilibet agnoscit, iuramenti religio adhiberi debet, qua ad seruandam fidem homines arctius constringantur. Hinc veteres neque publice neque priuatim stabilius firmitusue quid agi posse existimabant, quam interposita numinis maiestate, vt testatur CICERO *libr. 3. de offic.* idemque nostro aeuo pie ac religiose seruari, & tam publicarum rerum negotia, quam priuata hominum commercia, hoc quasi arctissimo vinculo stringi atque firmari, videmus. Ita quidem, vt ne ipse quidem sacratissimus noster imperator excipiat, quippe cui, antequam imperii regimen suscipiat, solenni sacramento semet imperio & electoribus obstringendi necessitas incumbit. Quid igitur mirum, quod electores nostri vestigiis maiorum insistentes, pacta sua iuramento quoque constabiliri desiderauerint?

## §. LXXII.

Solennitas in tali iuramento adhibenda, denotatur hic per verba: *Zu den Heiligen schwehren.* Ita enim antiquitus iurari solitum, vt reliquiæ sanctorum iuramento proponerentur, vel in sinum eius mitterentur, isque super iis iurare cogeretur. Constat id ipsum non modo ex formula iurisiurandi de protegenda fide catholica a rege Ottone Iohanni papæ præstiti, quæ recensetur in *can. 32. dist. 63.* & ita se habet: *Tibi Domino Iohanni Papae ego Rex Otto promittere & iurare facio, per Patrem, Filium & Spiritum sanctum, & per lignum hoc viuificae crucis, & per has reliquias sanctorum. &c.* sed adhuc clarius patet ex

M

Landr.





Landr. *libr. 3. art. 56. ib.* Wenn der Fronboth von dem Richter, und von den Schöppen erwahlet wird, so soll er dem Könige Hulde schweren, nach freyer Manne Rechte, so soll ihn denn der Richter nehmen bey der Hand und setzen auf ein Küssen, und auf einen Stuhl gegen ihm über, und soll ihm da die Heiligen in den Schoß legen, und Friede wircken. Add. SCHVBART. *Diff. d. morib. gent. circ. fæd. §. 28.* Vocatur id quoque auf den Heiligen gewehren, Landr. *lib. 3. art. 48.* in quem modum etiam antiquitus pro incutienda maiori religione solennia iuramenta publice in ecclesiis, & ad sepulchra alicuius martyris præstari moris fuit, PAPON. *lib. 9. tit. 37. arrest. 25.* quod tamen postea constitutione publica prohibitum fuit, notante COVARRVV. *ad cap. quamuis d. pact. in 6. part. 1. §. 1. n. 2.* Et hodie quoque commemoratio diuorum in iurandi formulis omittitur, VMMIVS *ad Proc. Disp. 14. th. 1.* quia iuramentum est species diuini cultus, sancti autem colendi vel adorandi non sunt. BEVST. *ad l. 13. §. vlt. d. inrei.* HILLIG. *ad Donell. lib. 24. cap. 3. lit. F.* Quinimo iam *an. 1544.* communi statuum placito, permissio facta assessoribus camerae, an iuramentum secundum antiquum morem, zu Gott und den Heiligen, vel omissa sanctorum mentione, zu Gott und auf das heilige Evangelium, præstare velint, *Recess. Imp. Spir. d. an. 1544. §.* so viel das Recht & in *Ord. Cam. d. an. 1555. p. 1. tit. 57.* simpliciter formula iurandi præscripta legitur, zu Gott und auf das heilige Evangelium zu schweren. Vid. LIMN. *ad capit. Car. V. art. 31.* An vero modus iste per sanctos iurandi, electoribus quoque in sacramento ante electionem Romanorum regis præstando, quod in *aur. bulla cap. 2. §. 2.* sub hac formula: *Ita me Deus adjuuet & omnes Sancti*, præscribitur,



bitur, remissum censeatur? dubium videtur, ex eo, quod in allegato recessu d. A. 1544. hæc expresse exceptio habetur: doch unabbrüchlich der Guldten Bull, und biß so lang es anders durch uns und gemeine Ständ verordnet wird; Verum tamen sanctionem istam ad electores pontificiæ religioni addictos solum pertinere, statuit LIMN. ad Capit. Carol. V. art. 31. verb. zu Gott und den Heiligen, præterea vsus comprobat, quod electores protestantes illorumque nuncii in actu isto electionis, loco illius, quod catholici iurant: auf das H. Evangelium, hac formula vtantur: zu dem H. Evangelium, dum loco clausulæ: Als mir Gott helffe und alle Heiligen, hanc adhibeant: Als mir Gott helffe, und sein H. Evangelium, eamque clausulam, si recte explicetur, ab omni papalis superstitionis vitio immunem esse, demonstrat LIMN. ad A. B. cap. 2. §. 2. obs. 6. SCHWEDER, part. spec. sect. 1. cap. §. 19.

## §. LXXIII.

De executione denique eorum, quæ in hac vnione comprehenduntur, nec non de vltiore pro salute reip. consultatione, ita sanxerunt, §. 16. Und auf daß diese unsere brüderliche Einung und Vertrag desto beständiger seyn und bleiben, auch desto aufrichtiger gehandhabt, gehalten und vollzogen werden möge, so haben wir uns verwilliget und verpflichtet, und thun das hie mit diesem Brieff, daß wir zu jeglicher Zeit, wann es die Nothdurfft und Gelegenheit erfordert, auff einem nämlichen Tag zu Heilhausen, Mainz, Fränckfurt oder Fulda in eigen Personen zu einander kommen, oder unsere vollmächtige Rätthe zusamen schicken, und uns von obliegenden Nothdurfften des Heil. Reichs und anderer Sachen



Sachen dieser Einung nothdürfftiglich unterreden sollen und wollen. Und welcher unter Uns solches Zusammenkommen oder Schicken vor Nothdurft und nutzsam bedeuht und beweget, soll und mag derselbe uns andern Churfürsten deß eine gelegene Mahlstatt unter den obgenannten Stätten eine und einem nämlichen Tag, mit Eröffnung und Anzeigung der Ursach und Geschäfte des Zusammenkommens oder Schickung durch Schrift oder Botschaft vermelden, alsdann sollen und wollen wir persönlich zur stätt erscheinen, oder unsere Rätthe mit vollem Gewalt schicken, wie das die Nothdurft und Gelegenheit der Sachen erfordert, zu rathschlagen und das beste vorzunehmen.

## §. LXXIV.

Respicit hic §. generatim omnes consultationes ab electoribus pro bono publico suscipiendas, atque diaetas istas, quæ vulgo Churfürstentage, oder Collegial-Tage vocantur, instituendas. Hanc enim facultatem imperii legibus firmatam iisdem competere, vt quoties id visum fuerit, particularia comitiâ agere possint, *sub cap. 2. latius fuit expositum.* Iam illud solum expendi meretur, quod, licet imp. Carolus IV. in *aurea bulla cap. 12. §. 2. ordinauerit*, vt principes electorales conuentus suos *personaliter*, vt in textu dicitur, celebrent: licet etiam Carolus V. in *recess. Imperii d. an. 1521. §.* Zur Beständigkeit des Fürnehmens *ic.* idem conuentui regimenti (cum quo electoralia comitia non male comparantur, PAVERMEIST. *d. jurisd. lib. 2. cap. 2. n. 48.*) imposuerit; ab hac tamen constitutione iidem recesserint in hoc vnionis instrumento, dum arbitrio cuiusuis permittunt, an in persona propria, an per legatum & consiliarium mandato instructum comparere velit. Neque





que in hoc solum articulo, sed in aliis quoque, electores ab aureae bullae sanctione recesserunt, eamque contrario pacto vel consuetudine immutarunt. Nam secundum eius dispositionem (1.) omnes electores vocari deberent, (2.) quotannis hi conuentus essent terrendi, quidem (3.) semel quouis anno, (4.) certo tempore, nim. transactis a festo resurrectionis dominicae quatuor septimanis continuo numerandis, (5.) in aliqua sacri imperii ciuitate, (6.) ab imperatore cum consilio electorum nominanda, (7.) durare deberet hoc dispositionis robur ad bene placitum duntaxat imperatoris & electorum, (8.) eo vsque etiam imperialis conductus ipsis foret praestandus, imperator denique (9.) conuiuiis electorum instituendis, ne agendorum expeditio impediatur, modum & terminum ponere sibi reseruauit, *d. l. §. 3. Verum* (1.) Regem Bohemiae non amplius ad haec comitia vocari, *supr. cap. 2.* dictum fuit, nec (2.) ista quotannis amplius instituuntur, sed, prout capitulationum verba sonant *iezuweilen, und nach ihrer Gelegenheit*, nec (3.) semel in anno, sed secundum imperii necessitatem & vtilitatem, nec (4.) stato anni tempore, praesertim cum nulla certa ratio, cur quarta septimana post Paschatis festum obseruanda sit, appareat, nec (5.) semper in vrbe imperiali conuentus instituuntur, sed aliae hunc in finem ab electoribus in hac vnione fuerunt nominatae, quamuis ne istae quidem illis quouis tempore placuerint, adeoque (6.) nec locum congregationis sibi ab imperatore nominari patiuntur, multo minus (7.) imperatoris beneplacitum in toto hoc negotio admittunt, per capitulationes scil. caesareas plenarium arbitrium agendi conuentus suos adepti,

illud

M 3

hinc





hinc etiam (8.) conductu imperatorio, ad locum destinatum euntes & recedentes, semper gaudent, neque (9.) amplius legem conuiuorum in comitiis celebrandorum ab imperatore accipiunt. Vid. LIMN. ad Capitul. Carol. V. art. 5. verb. nach Vermög der Guldten Bullen. CARPZ. ad L. R. G. cap. 5. sect. 8. n. 37. Atque ex hoc vnico loco satis constat, auream bullam, vtut imperii rex fundamentalis audiat, darauf, als auf einer Grundfest, das Heil. Röm. Reich ruhet, rec. imp. Wormat. d. an. 1521. & ad cuius accuratam conseruationem imperatores in capitulationibus sub iuramenti fide adstringuntur, in multis tamen successu, vel contrariis legibus, pactis, recessibus, quos casus recenset LIMN. d. Iur. publ. lib. 1. cap. 11. n. 101. seqq. CARPZ., d. L. R. G. cap. 3. sect. 3. n. 8. seqq. L. B. de LYNCK. in annual. ad SCHWED. part. gen. cap. 2. n. 8. in §. LXXV.

Licet autem electores in §. 16. arbitrium & libertatem sibi reseruauerint, an ipsimet personaliter in conuentibus comparere, an nuncios suos eo mittere velint, illud tamen arbitrium ita restrinxerunt, vt, non nisi in casu necessitatis, per documenta authentica probato, mandatarius admittendus sit. Ita enim hac de re cauerunt §. 17. Würde aber die Nothdurfft der Sachen erfordern persönlich zusammen zukommen, und da unser einer oder mehr redlicher oder mercklicher Ursach halben, die er auf seine rechte Warheit mit seinem offenen Brieff und Siegel betheuren soll, in eigener Person zuerscheinen verhin dert wäre, und nicht kommen möchte, der soll seine treffliche Räch und Pottschaften mit ganzem vollem Gewalt schicken, in obberührter maßen von seinet wegen zuhandeln,



deln, sonder Gefährde. Quae de praesentia electorum in conuentibus necessaria, deque legitimis impedimentis, ob quae absentia illorum excusationem meretur, nec non de impedimentorum probatione *hoc* §. disposita sint, iam supra §. 9. adducta leguntur, & ex his, quae ibidem notauimus, qualem lucem accipiunt.

## §. LXXVI.

Progredimur igitur ad §. 18. honorem & reuerentiam pontifici & imperatori Romano debitam exhibentem atque his verbis conceptum. Doch nehmen wir hierinnen aus unsern allerheiligsten Vater den Pabst, dergleichen den Allerdurchlauchtigsten, Großmächtigsten Herrn Carln erwehlten Römischen Keyser, unsern allergnädigsten Herrn, dazu solche Einung und Verschreibung, die unser ieglicher vor dieser Einung verschrieben und versiegelt hat, also, daß unser ieglicher, was er denen schuldig ist, thun mag, und darüber nicht thun soll, das wider diese Verschreibung, Einung und Vertrag sey. Und wolt iemand unter uns fürter Einung eingehen, der oder dieselben sollen diese unsere Einung und Verschreibung allezeit ausnehmen, ohn Gefährde.

## §. LXXVII.

In omnibus pactis ac conuentionibus ab subditis initis, imperatoris & superioris principis personam & iura tacite excipi, quilibet facile largietur, praesertim, cum etiam in iuramentis ius superioris exceptum velit pontifex in *cap. 19. d. iureiur. cap. 22. eod. cap. 19. d. reser.* Idem disponitur in iure feudali, quo, licet vasallus seruitia militaria domino suo feudi contra omnes exhibere obstrictus sit, aduersus imperatorem tamen, aut principem, cui dominus feudi

feudi





feudi subiectus est, vel a quo feudum prius processit, seruitia ista praestare non tenetur, II. F. 7. pr. & II. F. 28. §. vlt. 2. F. 55. *in fin.* Subditi enim regulariter maiestati resistere nequeunt, sed potius iniuriam illatam tolerare debent. Grot. d. I. B. & P. lib. 1. c. 4. n. 1. seq. H. PISTOR. lib. 2. qu. 47. n. 53. Rectissime igitur imperatoris maiestatem expressis verbis electores in sua vnione exemerunt, ne vllus color aut suspicio supersit, ac si in damnum supremi capitis quicquam statuisse videantur.

§. LXXVIII. Adiungitur praeterea imperatori, imo eidem ordine sermonis praefertur, pontifex Romanus, sub nomine des allerheiligsten Vaters des Pabsts. De cuius etymo & vnde papa dicatur, iam non erimus solliciti, varias enim vocabuli istius deriuationes congeffit LIMN. ad Capit. Carol. V. art. 1. verb. Pabstliche: Neque disquiremus, an recte vocetur sanctissimus? hoc enim argumentum etiam discussit LIMN. cit. loc. verb. Heiligkeit vbi n. fin. ex GVICCIARD. Hist. lib. 16. refert, hodie deprauatis moribus, tunc in Pontifice laudari probitatem, cum ceterorum hominum nequitiam non excedit. De praecedentia saltem pontificis prae imperatore illud notamus, canones & illorum doctores, pontifici generatim primatum inter omnes totius mundi reges tribuere; hinc pontifex Innocentius II. in cap. 6. §. praeterea. d. Maior. & Obed. semet ipsum comparat soli, imperatorem vero lunae, ac quantum sol a luna, tantum pontificem ab imperatore differre, scribit, quam tamen comparisonem false perstringit ARVM. Vol. 5. Disc. acad. 2. c. 24. & LIMN. d. Iur. publ. Tom. 1. §. 4. lib. 2. cap. 4. n. 79. Quicquid



quid tamen huius fit, in ecclesiasticis vtique & spiritualibus, ipsi imperatores pontifici non solum præferentiam concedunt, sed etiam obedientiam promittunt, & hac ratione imperatorem pontifice maximo inferiorem esse, nostrates quoque lubenter fatentur. Vid. CARPZ. d. L. R. G. cap. 2. sect. 6. n. 41. seq. An vero hæc de honore pontifici habendo promissio, electoribus modernis sæcularibus, qui pontificiam religionem non agnoscunt, conueniat? infra videbimus.

## §. LXXIX.

Subiungitur denique finalis totius transactionis clausula §. 19. his verbis: Alle und jegliche vorgeschriebene Stück, Puncten und Articul haben wir obgenandte Churfürsten jeglicher dem andern mit Handgebenden Trewen gelobt, bey unsern Churfürstlichen Würden und Ehren, und darnach leiblich zu den Heiligen geschworen, jeglicher dem andern die wehr, stätt, vest und unverbrüchlichen zu halten, zu vollführen und zu thun, Geistlich oder Weltlich, heimlich oder öffentlich, in keine Weis, alle Gefährde und arge List gänzlich ausgeschlossen.

## §. LXXX.

Nimirum, vt fraterna hæc vnio exactius seruetur, neque vllō modo infringatur, quatuor modis electores eandem communire voluerunt. *Primo* quidem manuum porrectione, mit handgebenden Trewen. Dextrarum namque coniunctione fidem antiquitus sponderi solitam, eaque perfectum animorum consensum, tanquam symbolo quodam, significatum fuisse, RHODIGINVS narrat, *antiq. lect. lib. 22. cap. 14.* cuius ritus vestigia apparent in *cap. 1. in fin. d. spons. duor. nec non 11. Reg. 10. vers. 15.* vbi Jehu

N

ob-





obuiam factus Jonadano, eumque interrogans: an cor ipsius rectum sit? illo vero id affirmante, dextram sibi ab eo porrigi iubet, tanquam fidelitatis tesseram. Vnde adhuc apud nostrates in vsu est, vt in signum contractæ obligationis datio dextræ interueniat, & notarii vt plurimum instrumentis suis haec verba inserant: und habenes einander mit handgegebener Treu zugesagt. SCHNEIDEVV. *ad rubr. inst. d. verb. oblig. n. 15.* quamuis isthæc manuum coniunctio de substantia contractus non sit, sed maioris solummodo fidei & certitudinis gratia fiat. SCHVLZ. *ad Inst. tit. d. V. O. lit. a.*

## §. LXXXI.

*Alter* modus firmandi pacta ab electoribus adhibitus, est promissio sub honore & dignitate electorali, bey unsern Churfürstlichen Würden und Ehren. Et hanc quidem promissionem, sicut & illam, quæ fit bey Fürstlichen Ehren, oder bey adelichen Worten, juramento æquiparari, GAIL. *lib. 2. obseru. 59.* MYNS. *cent. 1. obseru. 17.* RICHTER *Vol. 2. conf. 118. n. 5.* MVND. *Vol. 2. conf. 9. n. 86.* alique plurimi apud REYGER. *thes. iur. verb. promiss. add. Recess. Imper. d. ann. 1555. §. und daß ein Churfürst.* Sed hoc in illis saltem casibus obtinet, in quibus lex solenne iuramentum non requirit, CARPZ. *p. 2. C. 16. def. 5. §. C. 36. def. 9.* RAVCHB. *p. 2. qu. 2. n. 58.* BACH. *ad Treut. Vol. 1. Disp. 21. th. 1. lit. a.* FINCKELTHVS. *Obs. 116. per tot.* Atque hinc poenam periurii violatores huius promissionis non incurrunt. TREVTL. *d. 1. HAHN. ad Wesenb. tit. d. iurei. n. 6.*

## §. LXXXII.

Placuit capropter vnitoribus *tertium* suæ conventioni vinculum fortissimum addere, scilicet solen-





lenne iuramentum, & quidem zu denen Heiligen, quod actu ab iisdem eo tempore, quo vnio conficiebatur, præstitutum fuisse, ipsi memorant: Quibus *quarto* renunciatio omnium beneficiorum & iurium, tam ecclesiasticorum quam saecularium superadditur, (id enim per verba: *Geistlich oder Weltlich*, subinui existimamus) ita vt neuter hisce pactis sub quolibet praetextu, aut modo, nec palam nec clandestine, contrauenire debeat, subiuncta clausula: *Alle Gefährde und arge List gänzlich ausgeschlossen.* Conuenit haec clausula: cum illa Romanorum in stipulationibus adhiberi consueta: *dolum malum abesse abfuturumue esse*, cuius in *l. 38. §. 13. l. 119. l. 121. d. verb. obl. l. 69. d. V. S.* fit mentio, & traditur a nonnullis DD. eam contractui stricti iuris additam, illum immutare, vt ex eo fiat contractus bonae fidei. VVESEN. *Vol. I. cons. 14. n. 17.* In eo tamen redarguuntur a GOED-DAEO *d. contr. stipul. cap. 8. concl. 1. n. 25. seq.* cum haec metamorphosis iurisprudenciae sit incognita, SCHAEFFER. *p. 3. qu. 42. n. 6.* Interim tamen clausulae isti hic tribuitur effectus, vt promissor in id, quod interest alteri parti, sit obligatus. Vid. BERL. *p. 2. concl. 24. n. 63.* VVEHNER. *obs. pract. verb. Treulich und ohne Gefährde.* RVDING. *cent. 2. obs. 73. n. 1.* Sexies autem electores hac clausula in conuentione hac sua vtuntur, *nim. §. 9. in fin. §. 11. in fin. §. 13. in fin. §. 18. in fin. & denique in fine §. 19.* vt sic ex reiteratione ista magis deliberatus illorum animus & constans propositum seruandi fidem eo magis appareat.

## §. LXXXIII.

In vltimo denique §. 20. appensionis sigillorum electoralium fit mentio, & tempus, quo vnio haec





confecta fuit, exprimitur. Und das zu Urkund und ganzer Stättigkeit, so haben wir obgenandte Churfürsten unser jeglicher sein Insiegel an diesen Brief thun hengen, der geben ist zu Wormbs auf den Donnerstag nach dem heiligen Pfingstag Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo primo. De sigillorum figuris, materia, differentia, aliisque huc pertinentibus plura congescit SPEIDEL. in *Specul. iurid. polit. verb. Sigill.* & integrum tractatum scripsit HOEPING. *d. iur. Sigill.* Nos hic saltē quaerimus, an sigillum solum ad confirmationem contractus sufficiat, etiamsi nulla sigillantis subscriptio accesserit? Quod affirmamus, per ea, quae habet MENOCH. *d. arb. iud. quaest. c. 13. n. 6.* COVARRVV. *pr. quaest. c. 22. n. 6.* VVESENB. *conf. 38. n. 67.* Idque eo magis dicendum de sigillis publicis principum, ciuitatum vel collegiorum, quippe quae diligentius custodiri, nec facile cuiquam tradi solent. MOLIN. *ad consuet. Paris. tit. 1. §. 5. n. 15.* MAGER. *d. aduoc. armat. cap. 14. n. 87.* Add. CARPZ. *lib. 3. Resp. 6. §. Ref. 79. n. 14.* Ob quam causam in hoc quoque instrumento, sigillorum appensio sine subscriptione nominum sufficiens visa est electoribus.

§. LXXXIV.

De Dato literarum, vti vulgo vocatur, seu modo exprimendi tempus antiquitus vsitato, non contemnendas obseruationes exhibet LIMN. *ad Capit. Car. V. art. 34. verb. am dritten Tag, ad quem beneuolum lectorem remittimus.* Plura enim addere tempus, quo constringimur, iam non permittit.

CAP.





## CAPVT IV.

DE

PARTICVLARI VNIONE ELECTORALI  
RHENENSI.

## §. I.

Duplicem dari Electorum vnionem, generalem & specialem, supra *cap. 2.* notauimus. Quanquam enim scriptores rerum imperii publicarum non penitus gnari, vnicam tantum esse contendunt, Wormatiensem scil. quam jam in medium produximus, inter quos est AVTHAEVS *lib. 2. d. jur. publ. cap. 5. n. 5.* KOPFF. *Diss. d. Austreg. cap. 2. n. 2.* ipseque in iure publico alias versatissimus LIMN. *ad Capit. Imp. art. 4. verb. Sonderbahre Rheinische, Wormatiensem* ideo *die Rheinische* nominari putat, quod Wormatiae ad Rhenum inita fuit & composita; idem tamen LIMNAEVS lapsus suum post ingenue fatetur *Tom. V. addit. secund. ad l. 3. cap. 2. Jur. publ. n. 72.* sibi que incognitam antea fuisse Rhenensem, scribit.

## §. II.

Vt igitur quae & qualis sit ista particularis vnio constet, paucis saltem hic notamus, initam eam fuisse a quatuor Electoribus Rhenum accolentibus, Moguntino nimirum, Treuirensi, Coloniensi ac Palatino, & quidem Vesaliae ad Rhenum an. 1519. tempore interregni, vt sic tam a conditoribus, quam a loco conceptionis nomen: *Der Rheinische Verein*, eidem fuerit impositum. Exhibemus vero illam ex GOLDASTO. *d. regn. Bohem. cap. 7. n. 9.* sequenti formula & stilo istius aevi haud adeo eleganti:

N 3

Von





**I**n Gottes Gnaden Wir Albrecht, der H. Römischen  
 Kirchen S. Chrysogoni, Priester Cardinal, zu Mainz  
 und Magdeburg Erz-Bischoff, Administrator zu Hal-  
 berstadt, Marggraf zu Brandenburg, zu Stetin, Pom-  
 mern, der Cassuben und Wenden Herzog, Burggraf zu  
 Nürnberg, und Fürst zu Rügen, Herman Erz-Bischoff  
 zu Cölln, Reichard Erz-Bischoff zu Trier, durch Ger-  
 manien, Italien, Gallien, und das Königreich Arelat,  
 Erz-Canzler, und Ludwig Pfalzgraf bey Rhein, Her-  
 zog in Bayern, Erztruchsäs, alle des H. R. Reichs Chur-  
 fürsten. Bekennen und thun kund öffentlich mit diesem  
 Briefe, nachdem weiland der Allerdurchlauchtigst, Groß-  
 mächtigst, Hochgeborn Fürst und Herr, Herr Maximilian,  
 erwählter Römischer Kayser seliger und Hochlöblich-  
 cher Gedächtnis, nach dem Willen des Allmächtigen von  
 dieser Welt verschieden, dadurch das Heilig Röm. Reich  
 eines Weltlichen ernstlichen Hauptes in Mangel stehet, und  
 Zeit und Mahlstatt, wie sich nach Ordnung der heiligen  
 Gesetze gebühret, zur Wehlung eines künfftigen Römischen  
 Königs bestimmt und ernennet seyn, und sich aber  
 izo allerhand Aufruhr und Empörung im heiligen Reich  
 eräugen und begeben, und zu besorgen, daß mitler Zeit  
 der Wahlen ie mehr, wo nicht mit zeitlichen Rathe darein  
 gesehen, zu Verkleinerung und Verwüstung Teutscher  
 Nation, auch erschrecklichen Blut-Vergießen und anders  
 entstehen und erwachsen möchten. Wenn aber uns die-  
 ses als den höchsten Gliedern und Säulen des H. Röm.  
 Reichs, auch schuldig Pflicht und aufgelegten Ampt ge-  
 bührt, solches zuzufürkommen, und Fried und Einigkeit, so  
 viel möglich zuerhalten, so haben wir vier Churfürsten  
 bey Rhein, obgemelt, uns als wir iezo allhier zu Ober-  
 wiesel versamlet, und nachdem uns die andern unsern  
 Mit-



Mit-Churfürsten etwas entseffen, Gott dem Allmächtigen zu Lob und Ehre, zu Handhabung und Erhaltung des Land-Friedens, und unser iedes Obrigkeit, Herrlichkeit, Gerechtigkeit, Friede und Einigkeit, auch zu Schutz und Schirme unser Fürstenthum, Lande und Hülffennachfolgender Punct und Articul, biß so lange ein Römischer König, und weltlich Haupt der Christenheit einmüthiglich erwehlet, und fürter mit der Königlichen Krohnen, wie sich gebühret, gekröhnt ist. Und nicht länger einträchtiglich vereinigt und zusammen verbunden, und thuen das hiemit und in Krafft dieses Brieffs, und zum ersten so sollen und wollen wir einander treulich meinen, ehren und fürdern, schützen und schirmen, wie sich wohl das gebühret und gezimpt. Zum andern sollen und wollen wir unter uns selbst, oder unser einer gegen niemands andern ohne der ander dreyer Wissen und Willen, die obgemeldten Zeit, und kein Aufruhr und Empörung erwecken oder anzufallen unterstehen, welcherley Gestalt oder Ursachen das beschehen kömmt oder möcht noch iemands andern des von unsern wegen oder für sich selbst, daß wir ungefehrlich mächtig sein zuthun gestatten oder zulassen, es soll auch keiner des andern Feind oder Wiederwärtigen hausen, beherbergen oder fürschieben, noch einig andere Begünstigung thun, noch durch die Seinen zuthun gestatten, sondern sollen das alles so viel uns allen sämtlich oder sonderlich möglich fürkommen werden und abschaffen, ihnen auch unser einer einigs Gewerbs oder anders innen wird, daß über uns alle sämtlich oder sonderlich dienen möchte, soll er die andern alle deß von stund warnen, damit sich ein ieder darnach mit seiner Landschaft rüsten, und schicken möge, und wäre es sache, (da Gott vor sey) daß unser einer oder derselben Verwandten

ten





ten und Unterthanen von iemands, wer der wäre, wieder des Reichs Land-Frieden und Gülden Bulle angriefen würden, sollen die andern von stund so deß innen werden, auch unersucht nacheylen lassen, und zu Eroberung und Erlangung der entfremde Haabe oder Unterthanen nichts anders sich erzeigen und halten, als ob es sie selbst belangend, oder so unser einer durch iemands überfallen oder belägert würde, oder werden wolt, sollen und wollen wir andere drey, so fern wir des vierdten, der also überzogen wäre oder werden wolt, zu recht mächtig seyn, oder seyn Lieb für uns andern dreyen, daß Rechten leiden mag, demselben auf sein Ersuchen zum ersten also viel zu Roß und Fuß er an unser ieden gesinnen würdet, doch daß er im Reifigen über zweyhundert und zu Fuß über vierhundert nicht begehrt, darüber auch unser ieder zum ersten zuschicken nicht schuldig seyn sollen, zum fürderlichsten und ungesaumt auf unsern Schaden, und deß dem man die Hülff thuet, Kosten zuschicken, denselben ihr besten helffen retten, schützen, schirmen, und zu wieder Eroberung deß, so seiner Lieb also entfrembd wäre, auch zu Aufhalt gewaltiges Inhalt oder Überzugs getreulich Hülff und Beystand thun, und in dem allen nicht anders erzeigen und halten, als ob es unser eigen Sach wäre, und unser Land und Leut antreffe, und was also wiederum erlangt oder erobert würde, so des Fürsten, dem die Hülff geschicht, gewest wäre, soll ihm dasselbig freyhe ohne einig Fürgedinge wieder zugestellet und ihm gegeben werden, ob sich aber begeben, daß in solchem durch uns sämmelich einig Stadt oder Fleck unsern Feinden und Wiederwärtigen abgenommen und erobert würde, das soll uns alle, so dabey gewest, zugleich gebühren, und ob solch Aufruhr zum Veld-Läger kommen, und man weiter Hülff, dann geso





gefodert, vonnöthen seyn würde, soll unser ieglicher auf des  
so überzogen ist, weiter ansuchen, einen geschickten seiner  
Räthe, der Kriegsläufft verständig, an gelegen Mahlstatt  
zusammen verordnen, sich weiter Hülffs, Zuzugs, und wie  
es mit allen Sachen fürter gehalten werden soll, zu unter-  
reden, zurathen und zuschließen, und was durch sie also be-  
schlossen würde, dem soll als durch uns fürderlich nachkom-  
men werden, daß ob einiger aus uns selbst von iemands  
überzogen wäre, soll er dem andern zuschicken nicht schuldig  
seyn, und soll hierin keine Gefehrde gebraucht werden, ob  
aber unser zween einmahls überzogen und überfallen wür-  
den, soll die Hülff der andern zweyen zugleich unter die zwe-  
en, so also überzogen wären oder würden, getheilt werden  
alles getreulich und ungeschädlich. Es soll auch unser keiner  
ohne den andern mit demselben gegen dem, oder denen, wie  
vohr, also sammtlich gehandelt hätten, Schein, Sonne oder  
Rathung ahnnehmen oder Bedeythungen lassen in was  
Schein des beschehen möcht, und damit unser aller Ampt-  
Leute, und Unterthanen des Wissens haben, und darnach  
richten mögen, soll unser ieglicher den Seinen diß unser Ei-  
nung und Verständnuß zu erkennen geben, mit Befelch,  
ob unser einer angegriffen oder beschädigt würdet, daß des  
andern Ampt-Leute und Unterthanen, so sie das innen  
würden, für sich selbst, oder auf Erfoderung, wie gemeldt,  
nachvolgen, und Hülff und Recht thun, als ob es sie selbst  
belangend, und soll in dieser unser Churfürstlichen Einung  
niemands ausgenommen seyn, sondern ein ieder, dem allen  
obgeschriebener Maß nachkommen und zuziehen und zu-  
helffen schuldig seyn, es sey wider wen es wolle, ausgeschei-  
den unsern allerheyligsten Vatter den Babst, und das Hei-  
lige Römische Reich alle Gefehrde hindan gesetzt, diese obge-  
schriebenen Punct und Articul gereden und versprechen wir  
O obge





obgemeldt vier Churfürsten sammt und sonderlich, bey unser Churfürstlichen Ehren und Würden, die obgemeldt Zeit aus treulich zu halten, zu vollziehen, und ohne alle Auszug oder Weigerung nachzukommen, sonder alle Befehde, des zu Urkund hat unser ieglicher sein eigen Insiegel an diesen Brief thun hengen, der geben ist zu Oberswiesel auf Sonntag Laetare. Anno Domini millesimo quingentesimo decimo nono.

## §. III.

Ex integra horum verborum serie facile constat, in praecipuis articulis hanc vnionem Rhenensem conuenire cum generali vnione, quam supra recensuimus: Quare nihil circa eandem amplius monemus. Illud saltem obseruamus, occasionem quidem huic posteriori confociationi dedisse interregnum istius temporis: cum vero confoederationis causae sint continuae, & sic ipsum vnionis pactum perpetuam vtilitatem praebere queat, existimarunt laudatissimi Archi-principes huic foederi in omne aeuum duraturam firmitatem tribuere, atque hinc eius confirmationem singulorum Imperatorum capitulationibus inferi curarunt, vti apparet ex capitulatione MATTHIAE art. 4. Ferdin. II. art. 5. LEOPOLDI. art. 6. & IOSEPHI, art. 6. in quibus vtriusque vnionis expressis verbis fit mentio: Gestalt wir denn auch der Churfürsten gemeine, und sonderbahre Rheinische Verein, als welche beyde ohne das mit Genehmhaltung und Approbation der vorigen Käyser rühmlich aufgerichtet, so wohl in diesem, als andern darin begriffenen Puncten, und was darüber noch weiters die Herrn Churfürsten allerseits unter einander gut befinden, durch ver gleichen möchten, auch unsers Theils approbiren und confirmiren thun.

## CAPVT V.

DE

## FINE ET EFFECTV VNIONISELECTORALIS.

## §. I.

Finem vltimum electoribus propositum fuisse salutem totius imperii, ex iis, quae latius hactenus disseruimus, vnicius





cuius constare arbitramur. Vocantur enim electores, & reuera sunt columnae imperii, totam eius structuram gloriose sustinentes. Et cum ab ipsorum incolumitate incolumitas imperii dependeat, suam ipsorum quoque conseruationem, tanquam intermedium finem eosdem respexisse, nemo ambigit. Probatur id ipsum ex primo vnionis §. *ibi.* zu Nutz und Nothdurfft des heiligen Römischen Reichs, und Handhabung der Churfürstlichen Ehren und Würde.

## §. II.

Effectus autem ex eo patescit, quod, cum vniuersali isti vnioni *an. 1438.* primitus inita, Fridericus V. imp. assensum suum clementissime praebuerit, & confirmationis robur *an. 1446.* addiderit: eadem postea *an. 1502.* sub Maximiliano imp. Gelnhusae repetita, ac in comitiis demum Wormatiensibus *an. 1521.* sub regimine Caroli V. renouata fuerit, vt docet GOLDAST *d. Regn. Bohem. lib. 4. c. 7. n. 8.* a quo tempore singuli fere Imppp, ad eius defensionem per promissiones se obligarunt. Nostro quoque aeuo, anno videlicet *1652. mens. Novembr.* Pragae in Bohemia, vbi electores, iussu Ferdinandi III. Imper. conuenerant, haec vnio per iuramentum, quod *Joh. Georg. I.* Saxoniae elector & collegii electoralis tunc temporis Senior, a praesentibus electoribus singulis exegit, & postmodum ipse praestitit, iterum est renouata, sicuti recenset HAGEMIER *tr. d. Comitiis. cap. 4.* & ex eo THVLEMAR. *d. Octouirat. cap. 19. §. 35.* vbi simul refert, potentissimum electorem Brandenburgicum, *Fridericum Wilhelmum*, pientissimae memoriae, hac ipsa vnione fraterna inductum, coelectori suo Palatino, *an. 1674.* cum eius prouinciae a Galliae rege infestarentur, numerofo exercitu suppetias tulisse, vt hinc de vsu hodierno & effectū huius pacti dubitandum non sit.

## §. III.

Hoc vnicum adhuc restare videtur dubium, num electores Augustanae confessioni addicti salua conscientia huic vnionis pacto, in quo Pontifex Romanus tanquam sanctissimus pater honoratur, parque imo maior reuerentia eidem ac ipsi Imperatori tribuitur, subscribere possint? Nouimus

O 2

enim,





enim, protestantes Imperii Principes Pontificis potestatem non agnoscere, quin potius papale iugum excussisse, sibi que conscientiarum libertatem ingenti sumtu & labore parasse: nec praeterea quemlibet latet infensissimum odium, quo Papa aduersus omnes imperii status, qui eius dogmata non adorant, subinde flagrat, vt hinc Ferdinando I. imperatori inter alias condiciones, & hasce proposuerit: *Er solle sich verstehen, alle Lutherische Fürsten und Stände entweder mit Gewalt und Schärffe des Schwerts, zu dem Gehorsam des Römischen Stuhls zu bringen*, apud GOLDAST. in *Constit. Imp. part. 5. tit. Condit. Ferdin. Imp. antequ. coronar. o Pontif. propos.* Verum enim vero, cum Principes quoque protestantes Pontifici primatum in ecclesiasticis suae religionis negotiis concedant, illique summum legibusque solutam potestatem, adeoque maiestatem in suis terris tribuant, Aug. Conf. art. vlt. §. m. & fin. CARPZ. d. L. R. G. cap. 13. sect. 4. n. 17. seq. nemo iisdem vitio vertet, quod maiestatem eius reuenter colant, eique potestatem eius reuenter colant, eique potestatem suam in temporalibus intactam reseruent; praesertim cum contingere possit, vt e re Imperii sit, communi auxilio Romanis, atque adeo etiam pontifici succurre, quo casu omnes Electores tam catholici, quam euangelici, in auxilium prompti esse debent, vt defendatur Italia simulque pontifex, tanquam membrum ecclesiae ac Reip. non vero vt caput, iudicio LIMN. ad *Capit. Maximil. II. art. verb.* darein nicht wollen bewilligen. Ex qua ratione quoque CARPZOVIUS defensionem pontificis ac sedis Romanae, ad quam imp. in capitulatione sua obligatur, non tollere Lutheranae religionis professionem, asserit cap. 2. d. Leg. R. Germ. sect. 10. Imo principem Aug. conf. adductum imperatorem eligi, eumque defensionem pontificis & ecclesiae Romanae, salua religionis professione, promittere posse, propugnat idem CARPZ. in *quaest. 2. iur. publ. Disput. feud. 2. subiuncta.*

§. IV.

Haec sunt, quae de argumento hoc, a nemine hactenus peculiari studio tractato, proponere decreuimus. Et licet id ipsum curatius pensitari mereatur, ad scopum tamen nostrum sufficere putauimus, si intra exercitationis academicae terminos labor noster contineretur, quem, vt beneuolus lector aequo animo suscipiat, obnixè contendimus.

✽ ) ○ ( ✽

NICO.





NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII  
OPVSCVLVM  
DE  
CAVSA ET ORIGINE  
VNIONIS SEV FOEDERIS  
ELECTORALIS.

C O N S P E C T V S.

§. I. Quare de electorum origine ac numero eorumque definitione nihil dicatur.

§. II. Causa foederis, seu unionis electoralis Pontificum Romanorum ferocia est.

§. III. Inque primis Ioannis XXII. Character & ortus huius Papae. Vicia eiusdem: opiniones paradoxae.

§. IV. Italiae dominatum affectat: Gibellinos oppugnat, cumque maxime Matthaeum Galeatum; quem Ludouicus Boius defendit.

§. V. Hinc irae Ioannis XXII. qui Ludouicum haereticum nominat.

§. VI. Processus in Imperatorem hunc.

§. VII. Obtentus vanus: ius confirmandi Imperatorem: cui obtentui primus ansam dedit Lotharius Saxo. Petitionem Pontificis Paschalis I. tempore Ludouici Pii, ne sine suo consensu Imperatoris dignitatem aliquis acceptaret: a quo tamen statim recessit.

§. VIII. Nec ausus est quisquam petere amplius tam insolita. Ottonum I. II. & III. auctoritas.

§. IX. Leonis VIII, constitutio, seu pactum cum Ottone M. vulgo circumlatum suspectum, immo falsum. Potius is pepigit cum Ioanne XII. de Pontifice sine suo consensu non eligendo: hocque pactum renouauit Leo VIII.

§. X. Ottonis III. cum Gregorio V. pactio non extat. Thuani verisimilis coniectura, quomodo eligendi ius Imperatorem Romanum Germanis obuenerit. Imperium Romanum quid?

§. XI. Imperatorum Romanorum & Italiae Regum ius ex successione. An successio ad Ottonianum stemma restricta?

§. XII. Dubiae Ditmaro Merseburgensi & Wippone de Henrico II. & Conrado Salico.

§. XIII. Langobardi post Ottonem III. alium Regem circumspiciunt, quam Germanorum. Idem faciunt post Henricum Sanctum.

§. XIV. Vnde coniectura, pactum Ottonis cum Romanis Italicis esse commentitium. Cui coniecturae & dubio satisficit.

§. XV. Ipse Papa Nicolaus II.